

VARIÆ LECTIONES IN
LATINIS BIBLIIS EDITIONIS VVLGATÆ,
EX VETVSTISSIMIS MANVSCRIPTIS EXEMPLARIBVS COLLECTÆ, ET
AD TEXTVM HEBRAICVM, CALDAICVM, GRÆCVM ET SYRIACVM
EXAMINATÆ,

Opera & industria aliquot Theologorum in Academia Louanienſi.

PRÆFATIO IOHAN. HARLEMII.



VM apud omnes sacrarum literarum peritos magno semper in precio habita fuerint Biblia olim Compluti studio, & sumptibus Ximenii Cardinalis impressa; non immerito placuit viris illis doctissimis, quibus à Rege Catholico horum magnorum & regionum Bibliorum cura commissa erat, vt in hoc sacro opere ex illis Complutensibus Bibliis, vulgatæ editionis textus imprimeretur; & si quæ præterea inuenirentur in antiquis manuscriptis exemplaribus ab hoc textu variæ lectiones, eæ ad finem totius operis adiungerentur. Quod vt fieret accuratius, præter ea manuscripta, quibus olim in editione Bibliorum Louanienſium D. Hentenius vir doctissimus vsus erat, quorum aliquot nobis ex diuersis bibliothecis connumerata fuerunt; alia quindecim ab eximio Theologo Domino Augustino Hunnæo nobis suppeditata sunt; qui ea summo labore, nec exiguis sumptibus ex variis locis sibi comparauerat. Ad hæc, cum varias vulgatæ Latinæ editionis lectiones inuenimus, quænam earum ad textum Hebræum, Caldæum & Græcum in veteri instrumento; aut ad Syrum & Græcum in nouo, propius accedat, indicare voluimus; tum quòd hoc omnibus sacrarum literarum studiosis longè gratissimum fore putaremus; tum quòd turbatis riuulis ad fontes recurrendum esse excellentes doctores, atque Ecclesiæ Catholicæ lumina semper iudicauerint. certè B. Hieronymus in epistola ad Suniam & Fretellam ita loquitur: Sicut, inquit, in nouo testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontes Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum; ita in veteri testamento, si quando inter Græcos, Latinosque diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatē, vt quicquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuulis. Hæc B. Hieronymus; cuius sententiā secutus B. Augustinus cap. 11. libri secundi de doctrina Christiana in hunc modum scribit. Latinæ linguæ homines, quos nunc instruendos suscepimus, & duabus aliis ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationē attulerit Latinorū interpretum infinita varietas. Hæc ille. Porro, vt breuiter & faciliè quæ lectio cum Hebræo, aut Caldæo, aut Græco, aut Syro textu magis conueniat, exemplaribus discrepantibus, significaremus, his quatuor literis H. C. G. S. compendii causa vsi sumus. Vbi verò vel certò statui non potuit, quæ lectio ad fontes propius accederet, vel locus de quo agebatur non erat vsque adeo magni momenti, notis illis prætermisſis, hoc signum dumtaxat ascripsimus Ms. quo significatur lectionē illam in aliquibus manuscriptis exemplaribus inueniri. Quòd si locus occurrebat in quo suspicabamur à librariis errorem aliquem per incuriam fortassis esse commissum, qui tamen ex manuscriptorum collatione deprehendi non poterat, eum cum sine fide alicuius exemplaris manuscripti inter varias lectiones collocare non auderemus, ad finem harum lectionum adiēcimus. Atq; vt ad oculum appareret in quo lectionum varietas posita sit, ea verba, in quibus codices discrepant, alio genere characteris excudi curauimus. Cæterum quicquid in hac re præstitum est, id totum Catholicæ atque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, cuius est de germana sacræ scripturæ lectione, & vera eiusdem interpretatione statuere, iudicio ac censuræ libenter submittimus.

EXPLICATIO QVORVNDAM SIGNORVM QVIBVS IN HIS
VARIIS LECTIONIBVS VSI SVMVS.

Ms. significat lectionem diuersam à lectione textus impressi in his Bibliis regiis, petitam tamen ex aliquo vel aliquibus vetustis editionis vulgatæ codicibus manuscriptis.

H. significat quæ inter variantes lectiones propius accedat ad textum Hebraicum.

C. Paraphrasim Caldaicam in Bibliis regiis excusam.

G. textum Græcum in iisdem Bibliis positum.

S. lectionem Syriacam noui testamenti eorundem Bibliorum.

Hier. in prophetis, notat quam lectionem habeat D. Hieronymus in textu adiuncto ipsius in prophetas commentariis.

IN GENESI.

CAP. I.

- 4 Diuisit Deus lucem à tenebris. *ms. h. c. g. pro,*
diuisit lucem, &c.

Hanc lectionem, & sequentes omnes sic lege. Genesios capite 1. versu 4. Diuisit Deus lucem à tenebris. legunt quidam exemplaria Manuscripta, quibus fauet textus Hebraeus, Caldaus, & Graecus pro eo quod alia Manuscripta & Codex Complutensis seu Biblii Regia legunt, Diuisit lucem à tenebris, omitendo voculam, Deus.

- 5 2 species suas et iumenta. *ms. h. c. g. pro,* species suas, iumenta.

CAP. 2.

- 24 et matrem suam, et adhærebit. *ms. h. c. pro,*
& matrem, & adhærebit.

CAP. 3.

- 11 Cui dixit, quis enim indicauit. *ms. h. c. g. pro,* Cui dixit Dominus, quis enim indicauit.

15 Ipse conteret caput tuum. ms. h. c. g. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses cap. 38. videtur legere. Ipsum conteret caput tuum. ut referatur pronomen ad semen. quam lectionem etiam admittunt Hebraei & Chaldaei pro, Ipsa conteret caput tuum. quæ lectio est in pluribus Manuscriptis.

- 23 et emisit eum Dominus. *ms. h. c. g. pro,* emisit eum Dominus.

CAP. 5.

- 3 genuit ad imaginem. *ms. h. c. g. pro,* genuit filium ad imaginem.

CAP. 8.

- 5 Decimo autem mense. *ms. g. pro,* Decimo enim mense. *h. c. Decimo mense.*

CAP. 9.

- 16 Inter Deum & inter omnem animam viuente. *ms. h. c. g. pro,* inter Deum & omnem animam viuentem.

CAP. 8.

- 17 Hoc erit signum fœderis. *ms. pro,* hoc est signum fœderis.

CAP. 10.

- 7 Saba, et Heuila. *ms. h. c. g. pro,* Saba, Euila.

- 9 Ob hoc exiuit prouerbum. *ms. h. c. g. pro,* Ab hoc exiuit prouerbum.

- 22 Et Arphaxad, et Lud. *ms. h. c. g. pro,* Et Arphaxad, Lud.

CAP. 11.

- 10 Hæ generationes Sem. *ms. h. c. g. pro,* Hæ sunt generationes Sem.

- 13 Postquam genuit Sale, quadringentis tribus annis. *ms. h. c. pro,* postquam genuit Sale, trecentis tribus annis.

CAP. 12.

- 1 In terram quam monstrabo tibi. *ms. pro,* In terram quam monstrauero tibi.

- 7 Apparuitque Dominus Abram. *ms. g. pro,* Apparuit autem Dominus Abram.

CAP. 13.

- 2 Erat autem diues valde Abram in possessione. *ms. h. c. g. pro,* erat autem diues valde in possessione.

- 7 Vnde et facta est rixa. *ms. h. c. g. pro,* vnde facta est rixa.

- 16 Si quis possit hominum. *ms. pro,* si quis potest hominum.

- 17 Surge & perambula terram. *ms. h. c. g. pro,* surge ergo & perambula terram.

CAP. 14.

- 7 Et venerunt ad fontem Misphat. *ms. h. c. g. pro,* Venerunt usque ad fontem Misphat.

- 10 Rex Sodomorum & Gomorrhæ. *ms. h. pro,* & Rex Gomorrhæ.

- 11 Sodomorum & Gomorrhæ. *ms. h. c. g. pro,* Sodomorum & Gomorrhæorum.

CAP. 16.

- 1 non genuerat liberos. *ms. pro,* non genuerat sibi liberos. *h. c. g. legunt non genuerat ei, (scilicet Abrahamo) liberos.*

- 2 Cumque ille acquiesceret deprecanti. *ms. h. c. g. pro,* Cumque ille acquiesceret deprecanti.

- 13 Vocauit autem nomen Domini. *ms. h. c. g. pro,* vocauit autem Agar nomen Domini.

CAP. 17.

- 4 Ego sum, & pactum meum tecum. *ms. h. c. g. pro,* & ponam pactum meum tecum.

- 20 Et faciam illum in gentem magnam. *ms. h. c.*

VARIAE LECTIONES

g. pro, et faciam illum crescere in gentem.

- 23 Vniuersosque quos emerat cunctos mares. *ms. h. c. pro,* et cunctos mares.

CAP. 18.

- 2 De ostio tabernaculi, & adorauit in terram. *ms. h. c. pro,* tabernaculi sui.

- 13 Quare risit Sara dicens. *ms. h. c. g. pro,* quare risit Sara vxor tua dicens.

- 24 Nequaquam facies iudicium. *ms. pro,* nequaquam facias iudicium hoc. *Secundum Hebraica videtur legendum per interrogationem. Qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium? q. d. omnino facies æquum & iustum.*

CAP. 19.

- 1 Qui cum vidisset, surrexit. *ms. h. c. g. pro,* qui cum vidisset eos.

- 4 Vallauerunt domum à puero usque ad senem. *ms. h. c. g. pro,* Vallauerunt domum illius à puero usque ad senem.

- 14 Surgite egredimini de loco isto. *ms. h. c. pro,* surgite, et egredimini de loco isto.

CAP. 21.

- 6 Risum fecit mihi Deus, quicumque audierit. *ms. h. c. g. pro,* Risum fecit mihi Deus, & quicumque audierit.

- 20 Et fuit cum eo. *ms. h. c. g. pro,* Et fuit Deus cum eo.

CAP. 24.

- 7 Dominus Deus celi, qui tulit me. *ms. h. c. g. pro,* Dominus Deus celi & terra qui tulit me.

- 12 Dixit, Domine Deus. *ms. h. c. g. pro,* orauit Dominum dicens, Domine Deus.

- 16 Et impleuerat hydriam ac reuertebatur. *ms. h. c. g. pro,* hydriam aquæ ac reuertebatur.

- 24 Bathuelis filij Melcha, quem peperit Nachor. *ms. h. c. g. pro,* Bathuelis filij Nachor, quem peperit ei Melcha.

- 31 Et locum camelis, & introduxit. *ms. h. c. g. pro,* camelis tuis, & introduxit.

CAP. 25.

- 22 Quid necesse fuit me concipere. *ms. h. c. g. pro,* quid necesse fuit concipere.

- 22 Perrexitque ut consuleret Dominum. *ms. h. c. g. pro,* perrexitque Rebecca.

CAP. 25.

- 34 Duxit uxorem Iudith filiam. *ms. h. c. g. pro,* duxit uxores duas.

CAP. 27.

- 3 Sume arma tua, pharetram. *ms. h. c. pro,* & pharetram.

- 28 frumenti & vini, & seruiant. *ms. h. c. g. pro,* frumenti, vini, & olei, & seruiant.

CAP. 30.

- 30 Prouideam etiam domui meæ. *ms. h. c. g. pro,* prouideam domui meæ.

CAP. 31.

- 4 misit Iacob & vocauit. *ms. h. c. g. pro,* misit & vocauit.

- 17 Surrexit itaque Iacob. *ms. pro,* surrexit autem Iacob.

- 29 Deus patris nostri heri dixit. *ms. h. c. pro,* patris tui heri dixit.

- 29 Ne loquaris cum Iacob quicquam. *ms. h. c. g. pro,* contra Iacob quicquam.

- 40 astu vrebatur & gelu. *ms. h. c. g. pro,* astu vrebatur & gelu.

- 49 Tumulus testis intueatur & iudicet. *ms. h. c. g. pro,* tumulus testis, & adieci Laban, intueatur & iudicet.

CAP. 32.

- 1 Iacob quoque abiit. *ms. g. pro,* Iacob autem abiit.

- 22 Cumque mane surrexisset. *ms. h. c. g. pro,* cumque nocte surrexisset.

- 23 remansit solus. *ms. h. c. g. pro,* remansit Iacob solus.

CAP. 36.

- 2 filiam Anæ filia Sebeon. *ms. h. c. pro,* filiam Anæ filij Sebeon.

- 11 & Cenor. Erat autem. *ms. h. c. g. pro,* & Cenor & Chore. Erat autem.

CAP. 37.

- 6 Dixitque ad eos, audite. *ms. h. c. g. pro,* Dixitque Ioseph fratribus suis, audite.

- 33 Quam cum agnouisset pater. *ms. h. c. pro,* quam cum cognouisset pater.

CAP. 38.

- 7 & ab eo occisus est. *ms. h. c. g. pro,* & ideo ab eo occisus est.

CAP. 40.

- 17 portare me omnes cibos. *ms. h. c. g. pro,* portare me putabam omnes cibos.

CAP. 41.

- 24 Coniectoris somniorum, & nemo est. *ms. h. c. g. pro,* Coniectoris somnium, & nemo est.

- 46 Triginta autem annorum erat. *ms. h. c. g. pro,* triginta annorum erat.

- 55 In cuncta autem terra Egypti. *ms. pro,* in cuncta etiam terra Egypti.

- 55 terra Egypti panis erat. *ms. h. c. g. pro,* terra Egypti fames erat.

CAP. 42.

- 13 serui tui fratres sumus. *ms. h. c. g. pro,* fratres serui tui sumus.

- 21 videntes angustiam animæ illius. *ms. h. c. g. pro,* angustias animæ illius.

- 23 Nesciebant autem quod intelligeret. *ms. g. pro,* nesciebant enim quod intelligeret.

- 28 pecunia mea en habetur. *ms. h. c. pro,* pecunia en habetur.

CAP. 43.

- 3 sub testificatione iurisurandi. *ms. pro,* sub atestatione iurisurandi.

- 11 terræ fructibus in vasis. *ms. g. pro,* terræ fructibus in vasis.

- 16 quoniam mecum sunt comesturi meridie. *ms. h. c. g. pro,* quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie.

- 17 fecit ille sicut fuerat imperatum. *ms. h. c. g. pro,* fecit ille quod sibi fuerat imperatum.

- 30 festinauitque, quia commota fuerant. *ms. h. c. g. pro,* festinauitque in domum, quia commota fuerant.

CAP. 44.

- 4 paululum: cum Ioseph. *ms. pro,* paululum tunc Ioseph.

- 18 oro domine mi loquatur seruus. *ms. h. c. pro,* oro domine audi me, ut loquatur seruus.

- 22 suggestimus domino meo. *ms. h. c. g. pro,* suggestimus tibi domino meo.

CAP. 45.

- 5 ante vos. Biennium est enim. *ms. h. c. g. pro,* ante vos in Aegyptum. Biennium est enim.

- 23 Addens ei asinos. *ms. h. c. g. pro,* addens eis asinos.

- 26 Ioseph viuit. *ms. h. c. pro,* Ioseph filius tuus viuit.

CAP. 47.

- 15 Da nobis panem, quare morimur. *ms. h. c. pro,* Da nobis panes, quare morimur.

CAP. 48.

- 19 & iste quidem erit in populos. *ms. pro,* & iste quippe erit in populos.

CAP. 49.

- 3 maior imperio. *ms. pro,* maior in imperio.

- 8 manus tua in ceruicibus. *ms. h. c. pro,* manus tue in ceruicibus.

CAP. 50.

- 8 atque armentis quæ dereliquerant in terra Gessen. *ms. h. c. g. pro,* absque armentis quæ dereliquerant in terra Gessen.

- 15 quod fecimus ei, mandauerunt ei. *ms. h. c. g. pro,* quod fecimus, mandauerunt ei.

IN EXODO.

CAP. 1.

- 13 Illudentes eis, atque ad amaritudinem. *ms. h. c. g. pro,* illudentes & inuidentes eis, atque ad amaritudinem.

CAP. 2.

- 23 Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus, & scripuit me de manu Pharaonis.

Hic versus in quibusdam ms. non legitur, nec apud Hebraeos aut Caldaeos est: Græci tamen legunt.

- 25 & cognouit eos. *ms. h. c. g. pro,* & liberauit eos.

CAP. 4.

- 12 doceboque te quid loquaris. *ms. h. c. pro,* doceboque quid loquaris.

CAP. 5.

- 12 per omnem terram *Ægypti*. ms. *pro*, in omnem terram *Ægypti*.
 19 filiorum *Israel* in *malo*. ms. *H. c. pro*, filiorum *Israel* in *malum*.
 19 non minuetur quicquam de lateribus. ms. *H. c. G. pro*, quicquam *operis* de lateribus.
 23 vt loqueretur in nomine tuo. ms. *pro*, vt loquerer in nomine tuo.

CAP. 6.

- 20 Aaron & Moyses fueruntque anni. ms. *H. c. pro*, & Moyses, & Mariam fueruntque anni.

CAP. 7.

- 14 non vult dimittere. ms. *H. c. G. pro*, & non vult dimittere.
 20 feceruntque ita Moyses. ms. *H. c. G. pro*, feceruntque Moyses.
 24 bibere de aqua fluminis. ms. *H. c. pro*, bibere aquam fluminis.

CAP. 8.

- 9 & a domo tua, & tantum in flumine remaneant. ms. *H. c. pro*, a domo tua, & a seruis tuis & a populo tuo; & tantum in flumine remaneant.
 21 & implebuntur domus. ms. *H. c. G. pro*, & implebuntur omnes domus.

CAP. 9.

- 3 super agros tuos, & super equos. ms. *H. c. G. pro*, super agros & super equos.
 15 extendens manum meam, percutiam te. ms. *H. c. G. pro*, extendens manum, percutiam te.
 35 nec dimisit filios *Israel*. ms. *H. c. G. pro*, nec dimisit *Israel*.

CAP. 10.

- 9 solemnitas Domini nostri. ms. *H. c. pro*, solemnitas Domini Dei nostri.
 11 non fiet ita. ms. *pro*, non fiat ita.
 18 egressusque est de conspectu. ms. *H. c. pro*, egressusque Moyses de conspectu.

CAP. 11.

- 4 media nocte egrediar in *Ægyptum*. ms. *H. pro*, media nocte ingrediar in *Ægyptum*.

CAP. 12.

- 11 & calceamenta vestra habebitis. ms. *H. c. pro*, & calceamenta habebitis.
 19 fermentum non inuenietur. ms. *H. c. G. pro*, fermentatum non inuenietur.
 31 Ite immolate Domino. ms. *H. c. pro*, Ite, & immolate Domino.
 33 populum de terra exire. ms. *H. c. G. pro*, populum *Israel* de terra exire.
 37 absque paruulis, sed & vulgus. ms. *H. pro*, absque paruulis, & mulieribus; sed & vulgus.
 50 fecerunt autem omnes. ms. *G. pro*, feceruntque omnes.
 16 Inter oculos tuos. ms. *H. c. pro*, ante oculos tuos.

CAP. 15.

- 19 Ingressus est enim equus Pharaonis. ms. *H. G. pro*, Ingressus est enim eques Pharaonis.

CAP. 16.

- 7 Audiuit enim murmur. ms. *H. c. G. pro*, Audiuit enim murmur.
 16 quem praecepit Dominus. ms. *H. c. G. pro*, quem praecepit vobis Dominus.
 29 nullus egrediebatur. ms. *H. c. G. pro*, & nullus egrediebatur.
 33 praecepit Dominus. ms. *pro*, praeceperat Dominus.

CAP. 17.

- 8 contra *Israel*. ms. *H. G. pro*, contra filios *Israel*.

CAP. 18.

- 12 omnes seniores *Israel*. ms. *H. c. G. pro*, seniores filiorum *Israel*.
 14 quid est hoc quod facis. ms. *H. c. G. pro*, quid est quod facis.

CAP. 19.

- 1 egressionis filiorum *Israel*. ms. *H. c. G. pro*, egressionis *Israel*.
 13 manus non tanget eum. ms. *H. c. G. pro*, manus non tangent eum.
 16 & timuit omnis populus. ms. *H. c. G. pro*, & timuit populus.

CAP. 20.

- 23 non facietis mecum deos. ms. *H. c. pro*, non facietis deos.
 25 cultum tuum super eum. ms. *H. c. G. pro*, cultum super eum.

CAP. 21.

- 14 Si quis de industria occiderit. ms. *pro*, si quis per industriam occiderit.

CAP. 22.

- 19 decimas tuas & primitias. ms. *H. pro*, decimas & primitias.

CAP. 23.

- 6 non declinabis in iudicio pauperis. ms. *pro*, non declinabis in iudicium pauperis.
 15 solemnitatem azymorum. ms. *H. c. G. pro*, solemnitatem quoque azymorum.
 16 septem dies comedas azyma. ms. *H. c. pro*, septem dies comedetis azyma.
 17 coram Domino Deo non immolabis. ms. *H. c. pro*, coram Domino Deo tuo non immolabis.
 18 victimae meae. ms. *H. c. G. pro*, victimae tuae.
 20 Ecce ego mitto angelum. ms. *H. c. G. pro*, Ecce ego mittam angelum.
 20 angelum qui praecedat te. ms. *H. pro*, angelum meum qui praecedat te.
 21 cum peccaueritis. ms. *H. c. pro*, cum peccaueris.

CAP. 24.

- 1 & septuaginta senes *Israel*. ms. *pro*, septuaginta senes ex *Israel*.
 10 & sub pedibus. ms. *H. c. G. pro*, sub pedibus.
 12 quae scripsi vt doceas eos. ms. *H. c. G. pro*, quae scripsi vt doceas filios *Israel*.
 16 vocauit eum de medio. ms. *H. c. pro*, vocauit eum Dominus de medio.

CAP. 26.

- 24 eruntque coniunctae. ms. *H. c. G. pro*, eruntque sibi coniunctae.

CAP. 28.

- 33 cocco bis tincto, mistis in medio. ms. *H. c. pro*, cocco bis tincto, & bysso reorta, mixtis in medio.

CAP. 29.

- 31 Arietem autem consecrationum tolles. ms. *H. c. pro*, Arietem autem consecrationis tolles.
 33 quia sancta sunt. ms. *H. c. G. pro*, quia sancti sunt.
 42 sacrificium est Domino, oblatione. ms. *H. c. G. pro*, sacrificium est Domino Deo, oblatio.

CAP. 30.

- 13 qui transit ad numerum. ms. *H. c. pro*, qui transit ad nomen.
 19 lauabunt in eo Aaron. ms. *pro*, lauabunt in ea Aaron.
 24 olei de oliuetis, mensuram. ms. *pro*, oleum de oliuetis, mensuram.
 34 Onycha. ms. *H. c. G. pro*, Onychan.
 34 galbanen. ms. *pro*, galbanum.

CAP. 31.

- 15 sex diebus facies opus. ms. *G. pro*, sex diebus facietis opus.
 17 ab opere cessauit. ms. *H. pro*, ab omni opere cessauit.

CAP. 32.

- 1 ignoramus quid acciderit ei, dixitque. ms. *H. c. pro*, ignoramus quid acciderit; dixitque.
 7 Dominus ad Moysen, vade. ms. *H. c. pro*, ad Moysen dicens, vade.
 13 recordare Abraham, Isaac, & *Israel*. ms. *H. c. pro*, recordare Abraham & Isaac, & *Israel*.
 21 Dixitque Moyses ad Aaron. ms. *H. c. G. pro*, Dixitque ad Aaron.
 35 percussit ergo Dominus. ms. *pro*, percussit autem Dominus.

CAP. 33.

- 1 ad Moysen, vade. ms. *H. c. G. pro*, ad Moysen dicens, vade.
 3 populus duræ ceruicis es. ms. *H. c. G. pro*, populus duræ ceruicis est.
 9 loquebaturque cum Moysen. ms. *H. c. G. pro*, loquebaturque Dominus cum Moysen.
 13 ostende mihi viam tuam. ms. *H. c. pro*, ostende mihi faciem tuam.
 19 vocabo in nomine Domini. ms. *H. c. G. pro*, vocabor in nomine Domini.

CAP. 34.

- 4 portans secum duas tabulas. ms. *H. c. G. pro*, portans secum tabulas.

- 9 & auferas. ms. *H. c. G. pro*, vt auferas.
 10 populus, in cuius es medio. ms. *H. c. G. pro*, populus iste, in cuius es medio.
 13 sed aras eorum destrue. ms. *H. c. G. pro*, sed & aras eorum destrue.
 13 destrue & confringe statuas. ms. *H. c. G. pro*, destrue, confringe statuas.
 15 & comedas. ms. *H. G. pro*, vt comedas.
 25 de victima solemnitatis. ms. *H. c. pro*, de victimis solemnitatis.
 28 cum Domino quadraginta dies. ms. *H. c. pro*, cum Domino Moyses quadraginta dies.
 29 tabulas testimonij. ms. *H. c. G. pro*, tabulas lapideas testimonij.

CAP. 35.

- 5 & prompto animo. ms. *H. c. pro*, & prompto animo.
 23 si quis habebat hyacinthum & purpuram. ms. *H. c. pro*, si quis habebat aurum hyacinthum & purpuram.
 23 & ianthinas. ms. *pro*, hyacinthinas.

CAP. 36.

- 38 habesque earum iudit enee, quas & operuit auro. ms. *H. c. G. pro*, & Graeca non legunt illa vltima verba.

CAP. 37.

- 20 thymiana de aromatibus. ms. *H. c. G. pro*, thymiamata de aromatibus.

CAP. 38.

- 21 iuxta praeceptum Moysi in caeremonias Leuitarum. ms. *pro*, iuxta praeceptum Moysi in caeremonijs Leuitarum.
 28 & septuaginta quinque fecit capita. ms. *H. pro*, & septuaginta quinque siclos fecit capita.

CAP. 40.

- 21 in tabernaculum; appendit ante. ms. *H. c. G. pro*, in tabernaculum testimonij, appendit ante.

IN LEVITICO.

CAP. 2.

- 2 ad filios Aaron sacerdotes. ms. *H. G. pro*, ad filios Aaron sacerdotis.

CAP. 3.

- 1 immaculatum offeret. ms. *H. c. G. pro*, immaculata offerent.
 2 filij Aaron sacerdotes. ms. *H. c. G. pro*, filij Aaron sacerdotis.
 6 Immaculata erunt, si agnum. ms. *H. c. G. pro*, immaculata erunt omnia, si agnum.
 13 super altaris circuitum. ms. *H. c. G. pro*, per altaris circuitum.

CAP. 4.

- 2 anima cum peccauerit. ms. *G. pro*, anima quae peccauerit.
 6 asperget eo septies. ms. *H. c. G. pro*, asperget eum septies.
 8 adipem vituli auferet pro peccato. ms. *c. G. pro*, adipem vituli offeret pro peccato.
 13 turba *Israel* ignorauerit. ms. *H. c. G. pro*, turba filiorum *Israel* ignorauerit.
 23 offeret hostiam Domino. ms. *pro*, offeret hostiam coram Domino.

CAP. 5.

- 1 audierit vocem adiurantis. ms. *H. c. pro*, audierit vocem iurantis.
 1 quod aut ipse vidit. ms. *H. c. G. pro*, quod ipse vidit.
 6 & pro peccato eius. ms. *H. c. G. pro*, & pro peccatis eius.

- 11 aut duos pullos columbae. ms. *H. c. pro*, aut duos pullos columbarum.

- 17 Anima si peccauerit. ms. *H. pro*, anima quae peccauerit.

- 19 deliquit in Dominum. ms. *pro*, deliquit in Domino.

CAP. 6.

- 10 vorax ignis exussit. ms. *pro*, vorans ignis exussit.

CAP. 7.

- 14 offeretur Domino. ms. *H. c. G. pro*, offertur Domino.

- 18 & si quis de carnibus. ms. *H. c. G. pro*, si quis de carnibus.

- 18 Irrita fiet oblatio. ms. *H. c. G. pro*, Irrita fiet eius oblatio.

CAP. 8.

- 3 omnem cœtum ad ostium. MS. H. C. G. *pro*, omnem cœtum Israel ad ostium.
34 ut ritus sacrificij compleatur. MS. *pro*, ut ritus sacrificij compleretur.

CAP. 9.

- 3 & vitulum atque agnum amniculos. MS. H. C. *pro*, & vitulum atque agnum amniculum.

CAP. 10.

- 6 fratres quoque vestri. MS. H. C. *pro*, fratres vestri.

CAP. 11.

- 4 quicquid autem ruminat *quidem*, & habet. MS. *pro*, quicquid autem ruminat, & habet.
9 hæc sunt quæ gignuntur. MS. H. C. *pro*, hæc etiam sunt quæ gignuntur.

CAP. 14.

- 34 Cum ingressi fueritis. MS. H. C. G. *pro*, Cumq; ingressi fueritis.
36 præcipiet ut efferant vniuersa. MS. *pro*, præcipiet ut efferantur vniuersa.
49 in purificationem eius. MS. H. C. G. *pro*, in purificationem eius.

CAP. 15.

- 20 & in quo dormierit. MS. H. C. G. *pro*, & locus in quo dormierit.
21 qui tetigerit, lectum eius lauabit. MS. H. C. G. *pro*, qui tetigerit, lectum suum lauabit.

CAP. 16.

- 17 donec egrediatur. MS. H. C. G. *pro*, donec egrediatur tabernaculum.
23 Reuertetur Aaron in tabernaculum. MS. H. C. G. *pro*, reuertetur in tabernaculum.
29 mense septimo, decima. MS. H. C. G. *pro*, mense autem septimo, decima.
32 & cuius manus initiata est. MS. H. *pro*, & cuius manus initiata sunt.

CAP. 17.

- 8 homo de domo Israel. MS. H. C. *pro*, homo de filiis Israel.
12 qui peregrinatur inter vos. MS. H. C. G. *pro*, qui peregrinatur apud vos.
26 atque iudicia non faciatis ex omnibus. MS. H. C. G. *pro*, atque iudicia, ut non faciatis.

CAP. 19.

- 8 & peribit anima illa de populo suo. MS. H. C. *pro*, & peribit anima illius de populo suo.
22 & pro delicto eius. MS. *pro*, & pro peccato eius.
31 Ne declinetis ad magos. MS. H. *pro*, Non declinetis ad magos.
33 Ne exprobreis ei. MS. *pro*, Non exprobre-tisei.

CAP. 20.

- 7 quia ego. MS. H. C. G. *pro*, quia & ego.
7 ego sum Dominus. MS. H. C. *pro*, ego sum sanctus Dominus.
21 absque liberis erunt. MS. H. C. G. *pro*, absque filiis erit.
26 & eritis mihi. MS. H. C. G. *pro*, eritis mihi.

CAP. 21.

- 10 vestimenta sua non scindet. MS. H. C. G. *pro*, vestimenta non scindet.
16 per familias suas, qui habuerit. MS. H. C. *pro*, per familias, qui habuerit.
23 ad altare, quia maculam habet. MS. H. C. G. *pro*, ad altare qui maculam habet.

CAP. 22.

- 5 qui tanget reptile. MS. H. C. G. *pro*, qui tangit reptile.
15 quæ offerunt Domino. MS. H. C. G. *pro*, quæ offeruntur Domino.

CAP. 23.

- 8 Nullumque opus seruile facietis, locutusque est. MS. H. C. G. *pro*, Nullumque opus seruile facietis in eo, locutusque est.
11 ut acceptabilis sit. MS. *pro*, ut acceptabile sit.
32 Die nono mensis. A vespera. MS. H. C. G. *pro*, Die nono mensis septimi. A vespera.

CAP. 24.

- 7 in monumentum oblationis Domino. MS. H. C. G. *pro*, in monumentum oblationis Domini.
16 omnis multitudo, siue ille ciuis. MS. H. C. G. *pro*, omnis multitudo populi, siue ille ciuis.
18 reddat vicarium. MS. G. *pro*, reddet vic.

21 reddat aliud. MS. *pro*, reddet aliud.

CAP. 25.

- 2 sabbathizet sabbathum. MS. H. C. G. *pro*, sabbathizetur sabbathum.
2 sabbathum Domini. MS. *pro*, sabbathum Domino.
5 gignit humus. MS. *pro*, gignet humus.
6 ancillæ tuæ, & mercenario tuo. MS. H. C. G. *pro*, ancillæ, & mercenario.
8 quæ simul faciunt annos quadraginta nouem. MS. H. C. G. *pro*, quæ simul faciunt quadraginta nouem.
12 sed statim oblata comedetis. MS. *pro*, ablata.
16 & quanto minus temporis. MS. H. C. G. *pro*, quanto minus temporis.
33 Leuiticarum. MS. *pro*, Leuitarum.

CAP. 26.

- 2 & pauete sanctuarium meum. MS. H. C. *pro*, pauete ad sanctuarium meum.
15 si spreueritis leges meas. MS. H. C. *pro*, sed spreueritis leges meas.
30 & simulachra vestra confringam. MS. H. C. G. *pro*, & simulachra confringam.
45 ego Dominus. hæc sunt. MS. H. C. *pro*, ego Dominus Deus. hæc sunt.

CAP. 27.

- 8 & ad æstimationem. MS. G. *pro*, & æstimationem.
9 si quis vouerit Domino, sanctum erit. MS. H. C. G. *pro*, si quis vouerit, sanctum erit.
11 Animal autem immundum. MS. H. C. G. *pro*, Animal imundum.
19 & possidebit eum. MS. *pro*, & possidebit eam.
27 iuxta æstimationem tuam. MS. H. *pro*, iuxta æstimationem suam.
30 siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt. MS. H. C. G. *pro*, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt.

IN NVMERIS.

CAP. I.

- 3 & numerabitis eos. MS. H. C. G. *pro*, & numerabitis eas.
5 de Ruben. MS. H. C. G. *pro*, de tribu Ruben. Sic vbique vsque ad versum decimum sex-tum abundat tribu.
22 per generationes suas & familias. MS. H. C. G. *pro*, per generationes & familias.
24 per generationes suas & familias. MS. H. C. G. *pro*, per generationes & familias.
47 Leuitæ autem in tribu familiarum suarum. MS. H. C. G. *pro*, Leuitæ autem in tribubus familiarum suarum.
50 constitue eos. MS. H. C. G. *pro*, constitues eos.
51 castrametandum erigent. MS. H. *pro*, castrametanda erigent.

CAP. 4.

- 6 velamine ianthinarum pellium. MS. *pro*, velamine hyacinthinarum pellium.
7 & ponent cum ea thuribula. MS. H. C. G. *pro*, & ponent cum eo thuribula.
8 velamento ianthinarum pellium. MS. *pro*, velamento hyacinthinarum pellium.
10 operimentum ianthinarum pellium. MS. *pro*, operimentum hyacinthinarum pellium.
11 operimentum ianthinarum pellium. MS. *pro*, operimentum hyacinthinarum pellium.
14 velamine ianthinarum pellium. MS. *pro*, velamine hyacinthinarum pellium.
25 velamen ianthinum. MS. *pro*, hyacinthinum.

CAP. 5.

- 21 In populo tuo. MS. H. C. G. *pro*, In populo suo.
5 non transibit super caput eius. MS. H. C. G. *pro*, transibit per caput eius.
12 dies separationis illius. MS. H. C. *pro*, die separationis illius.
14 & offeret oblationem. MS. H. C. G. *pro*, ut offerat oblationem.

CAP. 7.

- 2 familiarum quærant. MS. *pro*, familiarum quæ erant.
5 In ministerio tabernaculi testimonij, & trades. MS. H. C. G. *pro*, in ministerio tabernaculi, & trades.

84 in dedicationem altaris. MS. *pro*, in dedicatione altaris.

CAP. 8.

19 de medio filiorum Israel. MS. H. C. G. *pro*, de medio populi.

CAP. 11.

- 1 quod cum audisset Dominus, iratus est. MS. H. C. G. *pro*, quod cum audisset, iratus est.
4 flagrauit desiderio sedens & flens. MS. H. C. G. *pro*, flagrauit desiderio carniū sedens & flens.
18 & comedetis carnes. MS. H. C. G. *pro*, comedetis carnes.
21 & ait Moyse, sexcenta millia. MS. H. C. G. *pro*, & ait Moyse ad Dominum, sexcenta millia.
24 de senibus populi. MS. H. C. G. *pro*, de senibus Israel.
34 populum qui desiderauerat. MS. H. C. G. *pro*, populum qui desiderauerat carnes.

CAP. 12.

8 loquar ei & palam. MS. H. *pro*, loquar ei palam.

CAP. 13.

28 misisti nos. MS. H. C. G. *pro*, misistis nos.
29 grandes nimis atque muratas. MS. H. C. G. *pro*, grandes atque muratas.

CAP. 14.

10 cunctis filiis Israel. MS. H. C. G. *pro*, cunctis videtibus filiis Israel.
24 sed seruum meum. MS. H. C. G. *pro*, seruum meum.

CAP. 15.

26 inter vos. MS. G. *pro*, inter eos.

CAP. 16.

13 de terra quæ lacte & melle manabat. MS. H. C. G. *pro*, de terra Aegypti, quæ lacte & melle manabat.
26 à tabernaculis hominum istorum impiorum. MS. H. C. G. *pro*, à tabernaculis impiorum.

CAP. 17.

12 omnes periuimus. MS. H. C. G. *pro*, omnes peribimus.

CAP. 18.

9 cedit in sancta sanctorum. MS. *pro*, cedit in sancta sanctorum.
15 quicquid primum erumpit. MS. C. G. *pro*, quicquid primum erumpet.
20 nihil possidebis, nec habebis partem. MS. H. C. G. *pro*, nihil possidebitis, nec habebitis partem.

CAP. 19.

3 traderisq; eam Eleazaro. MS. H. C. *pro*, tradesq; eam Eleazaro.

CAP. 20.

11 & iumenta eius. MS. H. C. G. *pro*, & iumenta.
16 & ecce in vi be cades. MS. H. C. G. *pro*, ecce in vrbe cades.
20 non transibis. MS. H. C. G. *pro*, non transibitis.
23 ad Moysen pergat, inquit. MS. *pro*, ad Moysen dicens pergat, inquit.

CAP. 21.

18 profectique sunt. MS. H. C. G. hæc verba non legunt.
20 de Bamoth. MS. H. C. G. *pro*, Bamoth.

CAP. 22.

11 abicere eum. MS. *pro*, abigere eum.
23 angelum Domini stantem. MS. H. C. G. *pro*, angelum stantem.
32 verberasti asinam tuam? MS. H. C. G. *pro*, verberas asinam tuam.
37 vocarem te. MS. C. *pro*, vocarent te.

CAP. 23.

13 & inde maledicto ei. MS. H. C. G. *pro*, inde maledicto ei.

CAP. 26.

16 Heri, ab hoc, familia Heritarum. MS. H. C. *pro*, Her, ab hoc, familia Heritarum.
62 quia non sunt recensiti. MS. H. C. G. *pro*, qui

CAP. 27.

14 in Cades in deserto Sin. MS. G. *pro*, in Cades deserti Sin.

CAP. 28.

28 per arietes duas (subaudi, decimas) H. C. G. *pro*, per arietes duos.

30 hircum quoque *unum*, qui mactatur. MS. H. C. G. *pro*, hircum quoque, qui mactatur.

CAP. 31.

26 tolle summam eorum. MS. H. C. G. *pro*, tollite.
26 & principes vulgi. MS. H. C. G. *pro*, & omnes principes vulgi.

CAP. 32.

28 familiarum *per* tribus Israel. MS. *pro*, familiarum tribus Israel.

31 seruis *tuis* ita faciemus. MS. H. C. *pro*, seruis *suis* ita faciemus.

33 Og regis Basan, terram eorum. MS. H. C. G. *pro*, Og regis Basan, & terram eorum.

CAP. 34.

9 Zephrona. MS. H. C. G. *pro*, Hebrona.

CAP. 35.

19 vt apprehenderit eum, interficiet. MS. H. C. G. *pro*, vt apprehenderit eum, interficietur.

22 quod si fortuitu, absque odio. MS. H. G. *pro*, quod si fortuitu & absque odio.

CAP. 36.

10 vt fuerat imperatum. MS. *pro*, vt sibi fuerat imperatum.

IN DEUTERONOMIO.

CAP. I.

13 & quorum cōuersatio. MS. *pro*, & gnaros, quorum cōuersatio.

19 & maximam quam vidistis. MS. H. C. G. *pro*, & maximam solitudinem, quam vidistis.

CAP. 2.

14 ad transitum *torrentis* Zarid. MS. H. C. *pro*, ad transitum Zarid.

14 omnis generatio hominum. MS. H. C. G. *pro*, omnis congregatio hominum.

20 quos Ammonitæ vocant *Zomzommim*. MS. H. *pro*, quos Ammonitæ vocant *Zomin*.

27 transibo per terram tuam. MS. H. C. *pro*, transibimus per terram tuam.

27 publica gradiar via. MS. H. C. G. *pro*, publica gradiemur via.

28 vende mihi vt vescar. MS. H. C. G. *pro*, vende nobis vt vescamur.

28 & sic bibam, tantum est mihi concedas. MS. H. C. G. *pro*, & sic bibemus, tantum est nobis concedas.

29 donec veniam ad Iordanem & transeam. MS. H. C. G. *pro*, veniamus, & transeamus.

30 cor illius, vt traderetur. MS. H. C. G. *pro*, cor illius, ita vt traderetur.

36 & oppido. MS. H. C. G. *pro*, oppido.

CAP. 3.

11 de stirpe gigantum monstratur lectus. MS. H. C. G. *pro*, de stirpe gigantum, & monstratur lectus.

13 Basan vocatur terra gigantum. MS. *pro*, Basan vocabatur terra gigantum.

CAP. 4.

7 Sicut Dominus Deus noster. MS. H. C. *pro*, Sicut Deus noster.

32 quo creauit Deus hominem. MS. H. G. *pro*, quo creauit Dominus Deus hominem.

33 vocem Dei loquentis. MS. H. C. G. *pro*, vocem Domini Dei loquentis.

CAP. 5.

11 nomen Domini Dei tui. MS. H. C. G. *pro*, nomen Dei tui.

14 & bos & asinus. MS. H. C. *pro*, bos & asinus.

14 seruus tuus, & ancilla tua. MS. H. C. G. *pro*, seruus & ancilla.

30 vade & dic eis. MS. H. C. G. *pro*, vade ergo, & dic eis.

33 & protelentur dies in terra. MS. H. *pro*, & protelentur dies vestri in terra.

CAP. 6.

3 & obserua vt facias, & bene sit tibi. MS. H. C. *pro*, & obserua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi.

5 & diliges Dominum. MS. H. C. G. *pro*, diliges Dominum.

11 cunctarum opum. MS. H. C. G. *pro*, multarum opum.

13 & illi seruies. MS. H. C. *pro*, & illi soli seruies.

20 Dominus Deus noster *vobis*. MS. H. C. *pro*, Dominus Deus noster *nobis*.

CAP. 7.

1 Cum introduxerit te. MS. H. *pro*, Cum vero introduxerit te.

11 quæ ego mando tibi hodie. MS. H. C. G. *pro*, quæ ego mandabo tibi hodie.

CAP. 8.

3 viuat homo. MS. *pro*, viuit homo.

16 ac probauit te ad extremum. MS. H. C. G. *pro*, ac probauit ad extremum.

CAP. 9.

1 tu transgredieris hodie. MS. H. C. G. *pro*, tu transgredieris hodie.

5 ingrederis vt possideas. MS. H. G. *pro*, ingrederis vt possideas.

7 in solitudine; ex eo die. MS. H. C. G. *pro*, in solitudine; & ex eo die.

9 vt acciperem tabulas lapideas. MS. H. G. *pro*, vt acciperem duas tabulas lapideas.

CAP. 10.

20 & ei seruies. MS. H. C. *pro*, & ei soli seruies. G.

CAP. 11.

8 vt possitis introire. MS. H. C. G. *pro*, & possitis introire.

10 ad quam ingrederis possidendam. MS. H. G. *pro*, ad quam ingrederis possidendam.

24 & a Libano, a flumine magno. MS. & Libano & flumine magno.

CAP. 12.

11 holocausta vestra & hostias. MS. H. C. G. *pro*, holocausta & hostias.

18 tu & filius tuus, & filia tua. MS. H. C. G. *pro*, tu & filius tuus, & filia.

27 sanguinem hostiarum tuarum fundes. MS. H. C. G. *pro*, sanguinem hostiarum fundes.

29 ad quas ingrederis possidendas. MS. H. *pro*, ad quas ingrederis possidendas.

CAP. 15.

4 vt benedicat tibi Dominus in terra. MS. H. C. *pro*, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra.

CAP. 16.

6 immolabis phasem. MS. H. C. G. *pro*, immolabisque phasem.

12 ac facies quæ præcepta sunt. MS. H. C. G. *pro*, ac facies quæ tibi præcepta sunt.

CAP. 17.

2 cum reperti fuerint. MS. H. C. *pro*, cumque reperti fuerint.

CAP. 18.

1 & hereditatem cum Israel. MS. H. C. G. *pro*, & hereditatem cum reliquo populo Israel.

5 Nomini Domini ipse & filij eius in sempiternum. MS. H. C. G. *pro*, Nomini Domini Dei tui ipse & filij eius in sempiternum.

CAP. 19.

1 in viribus earum, & in ædibus. MS. H. C. G. *pro*, in viribus eius, & in ædibus.

11 odio habens proximum suum, insidiatus fuerit. MS. H. C. G. *pro*, odio habens proximum, insidiatus fuerit.

13 & auferes innoxium sanguinem. MS. H. C. G. *pro*, & auferes noxium sanguinem.

21 & non misereberis. MS. H. *pro*, non misereberis.

CAP. 21.

5 & ad verbum eorum omne negotium, & quicquid. MS. H. C. G. *pro*, & ad verbum eorum omne negotium pendet, & quicquid.

6 & venient omnes maiores. MS. H. C. G. *pro*, & venient maiores.

15 genuerintque ex eo liberos. MS. *pro*, genueritque ex eo liberos.

19 & educent ad seniores. MS. H. C. G. *pro*, & educent ad seniores.

CAP. 22.

19 dimittere eam omnibus diebus. MS. H. C. G. *pro*, dimittere omnibus diebus.

CAP. 23.

14 in medio castrorum tuorum. MS. H. C. *pro*, in medio castrorum.

20 ad quam ingrederis possidendam. MS. H. G. *pro*

ad quam ingrederis possidendam.

CAP. 24.

9 Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus Maria. MS. H. C. *pro*, mementote quæ fecerit Dominus Deus vester.

CAP. 25.

7 suscitare nomen fratris sui. MS. H. C. G. *pro*, suscitare semen fratris sui.

CAP. 26.

3 iurauit Dominus patribus. MS. H. C. *pro*, iurauit patribus.

18 & Dominus elegit. MS. H. C. G. *pro*, en Dominus elegit.

CAP. 27.

10 quas ego præcipio tibi hodie. MS. H. C. G. *pro*, quas ego præcipio tibi.

12 ad benedicendum populo super montem. MS. H. C. G. *pro*, ad benedicendum Domino super montem.

15 qui faciet sculpsile. MS. H. C. G. *pro*, qui facit sculpsile.

CAP. 28.

7 qui consurgunt aduersum te. MS. H. *pro*, qui consurgent aduersum te.

13 constituet te Dominus in caput. MS. H. C. *pro*, constituet te Dominus Deus tuus in caput.

21 ad quam ingrederis possidendam. MS. H. C. G. *pro*, ad quam ingrederis possidendam.

25 ante hostes tuos: per vnā viam. MS. H. C. G. *pro*, ante hostes tuos: & per vnā viam.

36 ducet te Dominus. MS. H. C. G. *pro*, ducetque te Dominus.

48 quem immittet tibi Dominus. MS. H. C. G. *pro*, quem emittet tibi Dominus.

CAP. 29.

5 nec calceamenta pedum tuorum. MS. H. *pro*, nec calceamenta pedum vestrorum.

11 & aduena qui tecum moratur in castris. MS. H. G. *pro*, & aduena qui tecum morantur in castris.

13 & ipse sit Deus tuus. MS. H. C. G. *pro*, & ipse sit Dominus Deus tuus.

29 vt faciamus vniuersa verba legis huius. MS. H. C. G. *pro*, vt faciamus vniuersa legis.

CAP. 30.

3 reducet Dominus Deus tuus captiuitatē tuā. MS. H. C. *pro*, Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua.

6 Dominum Deum tuū in toto corde tuo. MS. H. C. G. *pro*, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

16 ad quam ingrederis possidendam. MS. H. G. *pro*, ad quam ingrederis possidendam.

19 vitam & mortem. MS. H. C. G. *pro*, vitam & bonum.

CAP. 31.

4 Deleuitque eos. MS. H. C. G. *pro*, Delebitque eos.

13 & timeant Dominum Deum vestrum. MS. H. C. G. *pro*, Dominum Deum tuum.

16 ad quam ingreditur. MS. H. G. *pro*, ad quam ingreditur.

22 scripsit ergo Moyses canticum. MS. *pro*, scripsit quoque Moyses canticum.

23 præcepitque Iosue filio Nun. MS. H. C. *pro*, præcepitque Dominus Iosue filio Nun. Graecus legit, & præcepit Moyses Iosue.

CAP. 32.

5 peccauerunt ei, non filij eius. MS. H. G. *pro*, peccauerunt ei, & non filij eius.

13 & sugeret mel. MS. H. *pro*, vt sugeret mel.

14 & sanguinem vuae biberet meracissimum. MS. H. *pro*, & sanguinem vuae biberent meracissimum.

30 quomodo persequatur vnus mille. MS. *pro*, quomodo persequatur vnus mille.

35 retribuam in tempore. MS. H. C. G. *pro*, retribuam eis in tempore.

46 quæ scripta sunt legis huius. MS. H. C. G. *pro*, quæ scripta sunt in volumine legis huius.

CAP. 33.

8 & doctrina tua viro sancto tuo. MS. H. G. *pro*, & doctrina tua a viro sancto tuo.

A 3

10 holo.

10 holocaustum super altare tuum. ms. H. G. *pro, holocausta* super altare tuum.

IN IO SVE.

CAP. 2.

7 ad vada Iordanis. ms. H. C. G. *pro, ad vadum* Iordanis.

13 & saluetis. ms. H. C. *pro, vt* saluetis.

19 & nos erimus *innoxij*. ms. H. C. G. *pro, alieni*.

CAP. 3.

4 vt procul videre possitis. ms. *pro, vt* procul magis videre possitis.

12 de tribubus Israel. ms. H. C. G. *pro, de duodecim* tribubus Israel.

13 qui portant arcam Domini Dei. ms. H. C. *pro, arcam fœderis* Domini Dei.

16 ab vrbe quæ vocatur Adam. ms. H. C. G. *pro, Edom*.

CAP. 4.

9 arcam fœderis, & sunt. ms. H. C. *pro, arcam fœderis Domini*, & sunt.

10 vt dixerat ei Moyfes. ms. H. C. G. *pro, & dixerat* ei Moyfes.

16 arcam fœderis vt ascendant. ms. H. C. G. *pro, arcam fœderis Domini* vt ascendant.

11 die altero azymos panes. ms. H. C. G. *pro, die altero, & azymos panes*.

CAP. 6.

9 omnisque præcederet armatus exercitus. ms. H. C. G. *pro, omnisque populus* præcederet armati exercitus.

18 ne de his quæ præcepta sunt quippiam contingatis. ms. *pro, ne de his quæ præcepta sunt vobis*, quippiam contingatis.

CAP. 8.

8 Cùmque ceperitis urbem, succendite eam. ms. H. C. G.

12 inter Beth-el & Hai. ms. H. C. *pro, Bethauen & Hai*.

31 & obtulit super eo holocausta Domino. ms. H. C. G. *pro, holocaustum*.

33 & maiores natu. ms. H. C. G. *pro, & omnes* maiores natu.

34 quæ scripta erant in legis volumine. ms. *pro, fuerant*.

CAP. 9.

4 & callidè cogitantes. ms. H. C. G.

18 contra principes, qui responderunt eis. ms. H. C. G. *pro, contra principes Israel*, qui responderunt eis.

20 si peccauerimus eis. ms. H. C. G.

CAP. 10.

7 viri, fortissimi. ms. H. C. *pro, viri* fortissimi.

8 nullus ex eis tibi resistere poterit. ms. H. C. G. *pro, nullus enim* ex eis tibi resistere poterit.

17 in spelunca Maceda. ms. H. C. G. *pro, in spelunca vrbs* Maceda.

23 & eduxerunt ad eum. ms. H. G. *pro, adduxerunt* ad eum.

23 Cùmque educti essent ad eum. ms. H. G. *pro, adducti*.

25 aduersum quos dimicatis. ms. H. C. *pro, dimicabitis*.

32 In manus Israel. ms. H. C. G. *pro, in manus filiorum* Israel.

CAP. 11.

7 & omnis exercitus cum eo. ms. H. C. G. *pro, & omnis exercitus eius* cum eo.

11 ipsamque urbem combussit incendio. ms. H. C. G. *pro, peremit*.

19 Non fuit ciuitas, quæ se traderet. ms. H. C. *pro, non ciuitas quæ se non traderet*.

CAP. 12.

3 quæ subiaceret Aferoth Phisga. ms. H. G. *pro, quæ* subiaceret Aferoth vsque Phasga.

5 & dimidiæ partis Galaad terminos. ms. H. C. *pro, & dimidiæ partis Galaad ad terminos*.

5 terminum Sehon regis Hesebon. ms. H. C. *pro, terminos*.

7 vsque ad montem cuius pars ascendit. ms. H. C. G. *pro, vsque ad montem Libani*, cuius pars ascendit.

8 In Aferoth & in solitudine. ms. G. H. *pro, Aferoth*.

17 rex Taphua vnus, rex Hepher vnus. ms. H. C. G. *pro, Opher*.

VARIE LECTIONES

18 rex Aphec vnus, rex Lasaron vnus. ms. H. C. *pro, Saron*.

19 rex Madon vnus. ms. H. C. *pro, Madan*.

20 rex Semeron Moron vnus. ms. H. C. *pro, Samerō*.

CAP. 13.

6 Omnium qui habitant in monte. ms. H. C. G. *pro, habitabant*.

16 quæ ducit Medaba Hesebon. ms. H. C. *pro, Medaba & Hesebon*.

17 cunctosque viculos eius qui sunt. ms. H. C. *pro, earum*.

21 & Reba duces Sehon. ms. H. C. *pro, & Rebec*.

26 & ab Hesebon vsque Ramath. ms. H. C. *pro, Ramoth*.

28 per familias suas, ciuitates. ms. H. C. *pro, per familias suas & ciuitates*.

CAP. 14.

2 & dimidiæ tribui duabus enim. ms. H. C. G. *pro, & dimidiæ tribui Manasse duabus enim*.

4 sed in eorum successerunt locum. ms. *pro, successerant*.

CAP. 15.

1 à termino Edom desertum Sin. ms. H. à termino Edom vsque ad desertum Sin.

3 & circuiens Carcaa. ms. H. *pro, Cariathaa*.

8 Ascenditque per vallem filij Ennom. ms. *pro, conuallem*.

CAP. 17.

4 deditque eis iuxta imperium. ms. H. C. G.

12 habitare in terra ista. ms. H. C. G. *pro, sua*.

14 quare dedisti mihi possessionem fortis. ms. H. C. G. *pro, quare dedisti mihi terram in possessionem fortis*.

17 ad domum Ioseph, Ephraim & Manasse. ms. H. C. G. *pro, ad domum Ioseph & Ephraim & Manasse*.

CAP. 18.

2 Remanserunt autem filiorum. ms. *pro, Remanserant* autem filiorum.

4 iuxta terminum vniuscuiusque multitudinis. ms. *pro, numerum* vniuscuiusque multitudinis.

8 vt hic coram Domino in Silo. ms. H. C. G. *pro, vt hic coram Domino Deo vestro* in Silo.

13 descenditque in Ataroth Addar. ms. H. G. *pro, Astaroth Addar*.

CAP. 19.

9 in medio hæreditatis eorum. ms. H. C. G. *pro, eius*.

10 terminus possessionis eorum vsque Sarid. ms. H. C. G. *pro, terminus possessionis filiorum Zabulon vsque Sarith*.

11 de Mari & Merala. ms. H. G. *pro, Medalaa*.

15 & Semeron & Iedala, & Beth-lehem. ms. *pro, & Semron & Iedaba, & Bethlehem*. H. legit, Simron & Idalah. G. legit, Iedala.

19 & Seon, & Anaharath. ms. H. *pro, & Senon, & Naaroth*.

33 & Elō in Saananim. ms. H. *pro, & Elō Sannanim*.

34 contra occidentem in Azanoth-thabor. ms. H. G. *pro, & Azanoth-thabor*.

46 & aquæ Iercon. ms. *pro, & aquæ Hiercon*.

CAP. 21.

5 & dimidia tribu Manasse. ms. H. C. G. *pro, dimidia tribu*.

14 & Iether & Esthemoa. ms. H. C. *pro, Istimon*.

30 Messal & Abdon. ms. *pro, Masan*.

CAP. 22.

7 ad occidentalem plagam. ms. H. C. G. *pro, ad occidentalem eius* plagam.

17 macula huius sceleris in nobis permanet. ms. H. C. G. *pro, vobis*.

21 & dimidia tribu Manasse. ms. H. G. *pro, dimidia*.

CAP. 23.

13 iam nunc scitote. ms. *pro, tunc*.

CAP. 24.

17 de terra Egypti, de domo seruitutis. ms. H. C. G. *pro, de terra Egypti, & de domo seruitutis*.

IN LIBRO IUDICVM.

CAP. 1.

27 & Tanach cum viculis suis. ms. H. C. G. *pro, Canath*.

30 habitatores Cethron. ms. G. H. *pro, Cethron*.

35 quod interpretatur testaceo. ms. *pro, testatio*.

CAP. 2.

9 in Thamnath-hares in monte Ephraim. H. G. *pro, in Thamnathfare* in monte Ephraim.

10 qui non nouerant Dominum. ms. *pro, nouerunt*.

12 Deosque populorum qui habitabant. ms. *pro, Deos* quoque populorum qui habitabant.

CAP. 3.

3 qui habitabant in monte Libano. ms. C. *pro, habitabat* in monte Libano.

30 & quieuit terra octoginta annis. post hunc. ms. H. C. G. *pro, octoginta annis à prelijs*. post hunc. &c.

CAP. 4.

18 intra ad me domine mi, intra ne timeas. ms. H. C. G.

CAP. 5.

10 super nitentes asinas. ms. H. C. *pro, asinos*.

10 & sedetis super iudicium. alia legunt, sedetis in iudicio. *pro, sedetis supra in iudicio*. priorem lectionem sequuntur. H. & C. posteriorem G.

11 ibi narrentur iustitia Domini, clementia in fortes Israel. ms. H. G. *pro, iustitia Domini, & clementia* in fortes Israel.

19 reges Chanaā in Thanach. ms. H. C. *pro, Thane*.

24 & benedicatur in Tabernaculo. ms. H. C. G. *pro, in Tabernaculo suo*.

CAP. 6.

13 Cur apprehenderunt nos. ms. *pro, Cur ergo* apprehenderunt nos.

36 si saluum facies per manum meam. ms. *pro, si saluum facis* per manum meam.

36 per manum meam Israel. ms. H. C. G. *pro, per manum meam populum* Israel.

CAP. 7.

4 quem ire prohibuero, ipse reuertatur. ms. H. C. G. *pro, quem ire prohibuero, reuertatur*.

5 qui lingua lambuerint aquas. ms. H. C. G. *pro, qui manu & lingua lambuerint aquas*.

12 Cameli quoque innumerabiles erant. ms. G. *pro, autem*.

22 fugientes vsque ad Beth-seta. ms. H. C. G. *pro, Bethseca*.

CAP. 9.

1 domus patris matris suæ. ms. H. C. *pro, domus patris matrisque* suæ.

28 quis est Abimelech. ms. H. C. *pro, quis est iste* Abimelech.

39 spectante Sichimorum populo. ms. H. C. G. *pro, expectante* Sichimorum populo.

CAP. 11.

18 venitque contra orientalem plagam. ms. *pro, venitque ad orientalem* plagam.

CAP. 12.

1 igitur incendemus te, & domum tuam. ms. H. C. G. *pro, igitur incendemus domum tuā*.

4 cunctis viris Galaad. ms. H. C. G. *pro, cunctis viris de* Galaad.

11 cui successit Elon Zabulonites. ms. H. C. G. *pro, cui successit Abialon* Zabulonites.

CAP. 13.

15 dixitque Manue ad angelum Domini. ms. H. C. G. *pro, dixit itaque* Manue ad angelum Domini.

20 Quod cum vidisset Manue. ms. H. C. G. *pro, Quod cum vidisset* Manue.

CAP. 16.

4 quæ habitabat in valle Sorec. ms. *pro, habitauit*.

13 ostende quo vinciri debeas. Si, inquit. ms. *pro, ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Sampson*, Si, inquit.

28 Domine Deus memeto mei. ms. H. C. G. *pro, Domine Deus meus, memento* mei.

CAP. 17.

7 fuit quoque alter adolescens. ms. H. C. G. *pro, fuit quoque in tempore illo* alter adolescens.

CAP. 18.

9 & ascendamus ad eos. ms. H. C. G. *pro, eamus*.

13 & inde transferunt. ms. H. C. G.

30 filium Gerson filij Moyfi. ms. H. C. G. *pro, Gersan* filij Moyfi.

CAP. 19.

10 sed statim surrexit & venit. ms. H. C. G. *pro, sed statim perrexit & venit*.

28 surge & ambulemus. ms. H. C. G. *pro, vt*.

CAP. 20.

8 stansque omnis populus, quasi vnus hominis

nis. *ms. h. c. g. pro*, stansque omnis populus, & quasi unus hominis.
 23 & dicerent, *debeo* ultra procedere. *ms. h. c. g. pro*, & dicerent, *debemus* ultra procedere.
 23 contra filios Benjamin fratres *meos*. *ms. h. c. g. pro*, contra filios Benjamin fratres *nostros*.
 40 & viderunt. *ms. h. c. g. pro*, *ut* viderunt.

CAP. 21.

1 Iurauerunt quoque filij Israel. *ms. pro*, Iurauerunt quoque filij Israel.
 11 quæ cognouerunt viros, interficite. Inuentæque sunt. *ms. h. c. g. pro*, quæ cognouerunt viros, interficite; *virgines autem reseruate*. Inuentæque sunt, &c.
 13 ut eos susciperent in pace. *ms. h. c. g. pro*, *eas*.

IN RVTH.

CAP. 1.

- 14 Qui impotentem vere noctem. MS. G. pro, Qui in potentem venire noctem.

CAP. 18.

- 1 Et horum quidem vocē audiebant. MS. G. pro, vocem inimici audiebant.
- 2 magnificabant: & qui. MS. G. pro, magnificabāt te: & qui.
- 2 gratias agebant: & vt esset. MS. G. pro, gratias agebant tibi: & vt.
- 5 Et vno exposito filio, & liberato. MS. G. pro, sed liberato.
- 8 Sicut enim læsisti aduersarios, sic & nos. MS. G. pro, aduersarios nostros, sic & nos.
- 9 In concordia disposuerunt. MS. G. pro, In concordiam disposuerunt.
- 9 patrum iam decantantes laudes. MS. G. pro, patri omnium.
- 13 Tunc cum fuit exterminium. MS. G. pro, Tunc cum primum fuit exterminium.
- 15 Omnipotens sermo tuus exiliens. MS. G. pro, tuus Domine exiliens.
- 18 causam demonstrabat. Visiones enim. MS. G. pro, causam demonstrabat mortis. Visiones.

CAP. 19.

- 3 habentes luctus. MS. G. pro, luctum.
- 9 Qui liberabas illos. MS. pro, liberaisti.
- 15 qui eisdē vti erant iustitiis. MS. G. pro, institutis.

IN ECCLESIASTICO.

CAP. 1.

- 8 creator, omnipotens. MS. pro, creator omnium, omnipotens. G. hæc non habent.
- 12 gaudium et longitudinem dierum. MS. G. pro, gaudium in longitudinem.
- 19 Et in diebus consummationis illius. MS. pro, consolationis. G. hæc non habent.
- 34 Non sis incredibilis timori Domini. MS. G. pro, Contumax nō sis & incredibilis timori Dei.

CAP. 2.

- 2 & sustine: inclina. MS. pro, & inclina.
- 17 & quid facietis. MS. G. pro, faciem.
- 18 Conseruabunt viam illius. MS. G. pro, verbum.

CAP. 5.

- 13 profer responsum. MS. G. pro, proferat.
- 16 nō appelleris fufurro, & lingua tua ne capiaris. MS. G. pro, fufurro in vita tua, & in lingua.

CAP. 6.

- 3 Et folia tua comedet, & fructus tuos perdet, & relinqueris. MS. pro, comedat, perdat, relinqueris. G. habent, comedes, perdes, dimittes te.
- 5 & lingua gratiosa in bono. MS. pro, eucharis. G. habent, beneloquens.
- 31 alligatura salutaris. MS. pro, salutis.
- 32 superpones tibi. MS. pro, impones. G. habent, circumpones.
- 33 disces: & si. MS. G. pro, disces eam: & si.

CAP. 7.

- 2 & discedent mala abs te. MS. pro, deficient. G. habent, declinabit à te peccatum.

CAP. 8.

- 6 omnes in correptione sumus. MS. G. pro, corruptione.
- 12 dare responsum. MS. G. pro, dabis.

CAP. 9.

- 10 in via conculcabitur. MS. pro, in via ab omnibus prætereuntibus cōculcabitur. Istud nō est in G.
- 24 & princeps populi. MS. G. pro, principes.

CAP. 10.

- 12 Sic & rex, hodie est. MS. pro, Sicut & rex.

CAP. 11.

- 8 & in medio sermonum, ne. MS. G. pro, seniorum.
- 31 & sicut prospectator. MS. pro, prospector.
- 35 à tuis propriis. MS. G. pro, à viis propriis.

CAP. 13.

- 7 narrans tibi bona. MS. G. pro, tibi omnia bona.
- 17 Audiens verò illa. MS. G. pro, Audiens verò verba illa.

- 22 aut quæ pax diuiti. MS. G. pro, aut quæ pars bona diuiti.
- 25 expellitur & à notis. MS. G. pro, expelletur.

CAP. 14.

- 14 & particula boni doni non. MS. pro, bona diei. G. habent, desiderij boni.

CAP. 15.

- 1 Qui timet Deum, faciet illud. MS. pro, faciet bona. G. faciet illa.
- 9 in ore peccatoris: quoniā à Deo. MS. pro, in ore peccatoris, quia non est à Domino missus: quoniā à Deo. G. quoniam non est à Domino missa illi. In sapientia enim dicitur laus.
- 16 fidem placitam facere. MS. G. pro, seruare.

CAP. 16.

- 9 peregrinationi illorum, & execratus. MS. G. pro, illorum, & percussit eos, & execratus.
- 13 sic correptio illius. MS. pro, sic & correctio illius. G. habent, sic & correptio illius.
- 20 Et in omnibus his infensatum est cor. MS. non legunt hæc verba.
- 22 & interrogatio omnium in. MS. G. pro, hominum.
- 27 & in iudicio Dei. MS. G. pro, in iudicio Dei.
- 27 & ab institutione ipsorum, distinxit. MS. G. pro, & ab institutione hominū impiorū, distinxit.

CAP. 17.

- 7 Posuit oculum suum super corda. MS. G. pro, posuit oculos ipsorum super corda.
- 10 constituit cum illis, & iudicia sua. MS. G. pro, cū illis, & iustitiam & iudicia sua.
- 14 omnia opera illorū. MS. pro, & omnia opera. G. habent, ideo omnia opera illorum.
- 16 super iniquitatem illorum. MS. pro, propter, vel, per. sicut & MS. quadam habent. G. non sunt absconſæ iniustitiæ illorum ab eo.
- 17 in interiores partes terræ. MS. pro, inferiores. G. hæc non habent.
- 18 & conuogauit deficientes. MS. G. pro, confirmauit.
- 19 Precare ante faciem eius. MS. pro, Domini.
- 20 ab iniustitia. Et. MS. G. pro, ab iniustitia tua. Et.
- 24 Ante mortem confitere. Hæc verba nec MS. quadam legunt, nec G.
- 25 Confessio. Hoc verbum negligunt multa MS. tamen habent.
- 30 aut quid nequius excogitauit. MS. G. pro, aut quid nequius quàm quod excogitauit.

CAP. 18.

- 9 & effudit super eos. MS. pro, effundit. G. habent, effundet.
- 15 Miseretur excipientis doctrinam miserationis. MS. G. pro, miserator excipiens.
- 18 & vtraque cum. MS. G. pro, sed vtraque.
- 25 in conuersione faciei. MS. G. pro, in conuersione facies.
- 26 & necessitatum paupertatis. MS. G. pro, & necessitatem.

- 27 mutabitur tempus. MS. pro, immutabitur.
- 28 Homo sapiens in omnibus metuet. MS. pro, metuit.

- 30 & instillauerunt proueria. MS. G. pro, implorauerunt.

CAP. 19.

- 16 Est qui labitur lingua, sed non ex animo. MS. G. pro, lingua sua, sed &c.
- 20 & ipsa execratio. MS. G. pro, & in ipsa.
- 21 in timore, quàm qui. MS. G. pro, in timore Dei, quàm qui.

CAP. 20.

- 5 tacens, non habens. MS. pro, & non habens. G. habent, non enim habet.
- 16 & non erit gratia bonis illius. MS. G. pro, gratia in bonis.
- 20 homo ingratus, quasi. MS. pro, acharis: quod verbum textus Græcus habet.

CAP. 21.

- 8 Potens lingua mendaci. MS. pro, audaci. G. neutrum habent.

- 11 Et in fine illorum. MS. G. pro, in finem.
- 12 Qui custodit iustitiam. MS. pro, custodierit.

- 15 Vbi abundat amaritudo. MS. G. pro, est amaritudo.

CAP. 22.

- 3 filia autem in deminoratione fiet. MS. G. pro, filia autem fatua in.

- 8 Qui narrat verbum non attendenti. MS. pro, non audienti.

- 8 de graui somno. Qui enumerat stulto, & in fine dicit. MS. pro, de graui somno. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam, & in fine narrationis dicit. G. habent, narrat dormienti qui narrat fatuo, & in fine dicit.
- 19 Loramentum ligneum. MS. G. pro, Sicut loramentum.

- 21 *Sicut ornatu arenosus in pariete limido, & verba ista non leguntur in ms. g. tamen habet.*
 21 *sicut palu in excelsis. ms. g. pro, sicut palea in excelsis.*
 27 *fidem posside cum proximo. ms. g. pro, cum amico.*
 32 *ut non cadam ab ipsis. ms. g. pro, in ipsis.*

CAP. 23.

- 1 *ne derelinquas me in consilio eorum. ms. g. pro, in cogitatu & consilio eorum.*
 2 *ut in ignorationibus eorum. ms. g. pro, ut in ignorationibus eorum.*
 3 *in conspectu aduersariorum, & gaudeat. ms. g. pro, in conspectum aduersariorum meorum, & gaudeat.*
 8 *In vanitate sua apprehendetur peccator. ms. g. pro, apprehenditur.*
 8 *& maledicus scandalizabitur. ms. g. pro, maledictus.*
 13 *Et si frustraerit, delictum illius. ms. g. pro, frustraerit fratrem, delictum.*
 14 *Replebitur enim retributione pessima domus illius. ms. pro, retributione domus illius. g. habent, calamitate, quod cum retributione pessima coincidit.*
 16 *& in delictis non volutabunt. ms. g. pro, volutabunt.*
 17 *indisciplinata loquelæ. ms. pro, indisciplina.*
 24 *non cessabit transgrediens. ms. g. pro, non satigabitur.*
 27 *& non intelligit. ms. pro, intellexit.*

CAP. 24.

- 14 *ad initio, ante secula. ms. g. pro, ab initio, & ante.*
 39 *à mari enim abundauit. ms. g. pro, abundabit.*
 41 *ego quasi fluuius vorax. ms. pro, Dorix. g. habent, Δωρύξ, id est, fossa.*
 42 *Rigabo hortum meum plantationum. ms. g. pro, hortum plantationum.*
 42 *& inebriabo pratus mei fructu. ms. pro, partus. g. habent, viriditatem meam iustam.*
 45 *& illuminabo sperantes. ms. pro, & illuminabo omnes sperantes.*

CAP. 25.

- 5 *et quomodo in senect. ms. g. pro, quomodo in.*
 23 *in medio proximorum eius. Ingemuit. ms. g. pro, proximorum. Ingemuit.*

CAP. 26.

- 9 *in muliere infideli. ms. pro, zelotypa. g. ἀντίζηλος.*
 13 *utatur se. ms. g. pro, abutatur se.*
 14 *oculis caue. ms. g. pro, oculorum eius caue.*

CAP. 27.

- 5 *remanebit stercus. ms. g. pro, puluis.*
 12 *homo sanctus. ms. pro, sensatus. g. habent, pius.*
 19 *non persequaris post eum. ms. g. pro, persequeris.*
 21 *sic dereliquisti proximum. ms. g. pro, sic qui reliquisti proximum.*
 28 *& plaga dolosa diuidet. ms. g. pro, dolosa dolosi diuidet.*
 29 *proximo, offendet in eo. ms. pro, proximo suo, offendet.*

CAP. 28.

- 11 *immitter inimicitiam. ms. g. pro, immittit.*
 20 *nō habebit requiem, nec habitabit cum requie. ms. g. pro, nec habebit amicum in quo requiescat.*
 26 *& in flamma sua. ms. g. pro, in flamma sua.*

CAP. 29.

- 6 *verba acedia & ms. g. pro, tædij.*
 7 *Aduersatus solidè, vix reddet dimidium. ms. pro, aduersabitur, solidi vix reddet dim.*
 19 *fidem facit pro proximo suo. ms. g. pro, fidem facit proximo suo.*
 22 *derelinquet liberantem se. ms. g. pro, dereliquit liberantem se.*
 24 *multos perdidit dirigentes. ms. g. pro, diligentes. g. habent, diuites.*
 30 *super minimum & magnum placeat tibi. ms. g. pro, minimum pro magno placeat tibi.*

CAP. 30.

- 8 *euadit durus. ms. g. pro, euadet.*

CAP. 31.

- 10 *quis probatus est. ms. g. pro, qui.*
 13 *non dicas, simulata sunt. ms. pro, si multa sunt. sicut g. tamen habent.*

VARIÆ LECTIONES

- 17 *in conuiuio. Intellige. ms. g. pro, in conuiuio vineo. Intellige.*
 32 *quæ vita est quæ minuitur? vinum. ms. pro, quæ vita est quæ minuitur vino? g. habent, quæ vita ei qui diminuitur vino?*
 36 *exultatio animæ & cordis. ms. g. pro, corporis.*

CAP. 32.

- 10 *Loquere in tua causa vix. Si bis. ms. pro, vix cum necesse fuerit. Si bis. g. habent, Loquere si necessitas tui.*
 13 *In medio magnatorum non præsumas. ms. g. pro, In medio magnatorum loqui non præsumas.*
 14 *Ante tonitruum præbit coruscans. ms. g. pro, ante grandinem.*

CAP. 33.

- 8 *& præceptum custodiente. Et immutauit. ms. g. pro, custodiente, per Dei sapientiam diuiduntur. Et immutauit.*
 12 *Dominus separauit eos. ms. g. pro, Domini.*
 31 *Si est tibi seruus, sit tibi. ms. g. pro, seruus fidelis, sit.*

CAP. 34.

- 3 *similitudo hominis. ms. g. pro, similitudo alterius hominis.*
 10 *in multis fatuus. ms. g. pro, in multis factus.*

CAP. 35.

- 3 *Et propitiationem litare sacrificiis super iniustitias. Hæc verba nec in ms. nec in g. reperiuntur.*
 21 *non conrogabitur. ms. pro, non consolabitur. sicut g. tamen habent.*
 21 *quousq; contribulet dorsum. ms. g. pro, ut.*

CAP. 36.

- 12 *inimicorum diuentum. ms. g. pro, & inimicorum.*
 16 *inenarrabilibus verbis tuis. ms. g. pro, virtutibus.*
 19 *& sciant omnes. ms. g. pro, ut.*
 21 *contingunt cibum fere, & ms. g. pro, contingunt cibum, &.*

CAP. 37.

- 4 *Sodalis amico coniucundatur. ms. g. pro, coniucundabitur.*
 11 *de ea quæ æmulatur. ms. g. pro, de his quæ.*
 21 *immutabit cor: partes. ms. g. pro, cor: ex quo partes.*
 33 *& aplestia appropinquabit. ms. g. pro, & auiditas.*
 34 *propter aplestiam multi obierunt. ms. g. pro, crapulam.*

CAP. 39.

- 15 *nomen, derelinquet plus. ms. g. pro, nomen eius, derelinquet plus.*
 22 *in verbo eius. ms. g. pro, in verbo enim eius.*
 28 *conuertit aquas. Et siccata est. ms. pro, aquas in siccitatem. Et. g. habent, aquas in falsuginem.*
 33 *in tempore consummationis. ms. g. pro, & in tempore.*
 37 *in necessitatem præparabuntur. ms. pro, in necessitate. g. habent, ad manus.*
 38 *& in scripta dimissi. ms. g. pro, & scripta.*

CAP. 40.

- 2 *adinuentio expectationis. ms. g. pro, adinventiones.*
 3 *vsq; ad humiliatum in terra & cinere. ms. g. pro, vsque ad humiliatum in terram & cinerem.*
 5 *somnus mortis immutat. ms. pro, noctis. sicut g. tamen habent.*
 6 *modicum tanquam nihil. ms. g. pro, modicum autem tanquam.*
 10 *omnia quæ de terra. ms. g. pro, omnia enim quæ.*
 21 *tibia & psalterium. ms. g. pro, tibia.*
 25 *aurum & argentum constituet pedem. ms. g. pro, & argentum, & constitutio pedum.*

CAP. 41.

- 6 *& quid superueniet tibi. ms. g. pro, & quæ superuenient tibi.*
 18 *& thesaurus occultus. ms. pro, inuisus. sicut g. tamen habent.*
 20 *veruntamen reueremini in his. ms. g. pro, veruntamen in his.*
 28 *Caue. Verbum istud nec ms. legunt, nec g.*

CAP. 42.

- 6 *de correptione emptionis. ms. pro, de corruptione emptionis. g. habent, de differente venditione mercatorum.*

CAP. 43.

- 9 *in firmamento cæli resplendent species cæli. ms. g. pro, respondens gloriose species.*
 11 *& non exardescunt in. ms. pro, deficient. g. habent, & non accendentur.*
 21 *tanquam acumina tribuli. ms. pro, cacumina. g. habent, sudium cacumina.*

CAP. 44.

- 3 *in potentatibus suis. ms. pro, potestatibus.*
 5 *in peritia sua. ms. g. pro, pueritia.*
 5 *carmina in scriptura. ms. g. pro, carmina scripturarum.*
 16 *ut det gētib; penitentiam. ms. g. pro, sapientiā.*
 22 *dedit illi semen. ms. g. pro, gloriam.*
 24 *& in Isaac eodē modo. ms. g. pro, & Isaac.*
 25 *& testamentum confirmauit. ms. g. pro, & testamentum suum confirmauit.*

CAP. 45.

- 5 *audiuit eum. ms. g. pro, audiuit enim eum.*
 6 *& dedit illi coram præcepta. ms. g. pro, illi cor ad præcepta.*
 7 *Aaron fratrem eius. ms. pro, suum.*
 9 *zona gloriæ. ms. g. pro, iustitiæ.*
 12 *stola sancta auro. ms. g. pro, stolam sanctam.*
 14 *coronam auream super mitram eius, expressam. ms. g. pro, corona aurea super mitram eius, expressa.*
 14 *desideria oculorum. ms. g. pro, desiderio.*
 17 *sacrificia ipsius consumpta sunt. ms. pro, consummata sunt. g. habent, tota offerentur.*
 21 *dedit illi. ms. g. pro, & dedit illi.*
 25 *dimisit illi. ms. g. pro, dimisit illi.*
 27 *Cæterum in terra, gentes. ms. g. pro, inter gentes.*
 31 *& testamentum Dauid regis. ms. pro, regi.*

CAP. 46.

- 4 *ipse Dominus perduxit. ms. g. pro, percussit.*
 12 *ut videret omnes. ms. g. pro, & viderunt omnes.*
 15 *permanens ad filios illorum. ms. pro, permanente.*
 17 *& vidit Dominus Iacob. ms. g. pro, Deum.*

CAP. 47.

- 3 *sicut cum agnis. ms. pro, sicut in agnis. sicut g. tamen habent.*
 16 *rexit anima tua. ms. g. pro, sua.*
 30 *valde auerterunt illos. ms. g. pro, valde enim auerterunt illos.*

CAP. 48.

- 1 *quasi fax ardebat. ms. g. pro, facula.*
 10 *in iudiciis temporum. ms. pro, in iudiciis.*

CAP. 50.

- 1 *corroborauit populum. ms. g. pro, templum.*
 2 *& excelsa templi. ms. pro, excelsi parietes templi. g. habent, excelsus circuitus templi.*
 4 *à perniciæ. ms. pro, à perditione. g. habent, à casu.*
 11 *& vestiri eum consummatione. ms. g. pro, in consummatione.*
 30 *Qui ponet illa in corde suo. ms. pro, ponit.*

CAP. 51.

- 33 *comparate vobis sine argento. Et collū. ms. g. pro, sine argento sapientiam. Et collum.*

IN ESAIA.

Hier. significat quod lectionem habeat textus commentariis Hieronymi adiunctus.

CAP. I.

- 3 *Israel autem non cognouit. ms. Hier. h. c. pro, Israel autē me non &c. sicut g. tamē habent.*
 11 *Plenus sum holocausto arietū & adipe pinguiū. ms. Hier. pro, plenus sum. holocausta arietū & adipem pinguium. Hebræi videntur vtramque lectionem admittere.*
 13 *ne afferatis vltra. ms. pro, offeratis. sicut Hier. tamen habet. h. & c. habent, ne addatis adducere, vel venire facere. quod etiam pro offerre vsurpatur.*
 15 *Manus vestra. ms. Hier. h. pro, Manus enim vestra. sicut g. tamen & c. habent.*
 23 *Principes tui inobedientes. ms. Hier. g. pro, infideles. h. habent, declinantes. c. rebelles.*
 24 *heu consolabor. ms. Hier. h. pro, heu ego conf.*

CAP. 2.

- 3 *Venite & ascendamus. ms. h. g. c. pro, Venite, ascendamus.*

7 & repleta est. ms. Hier. h. c. *pro*, repleta est. sicut g. tamen habent.

11 Oculi *sublimis* hominis. ms. Hier. g. *pro*, *sublimis*. h. & c. habent, oculi *sublimitatis* hominis, i. oculi elati & sublimis.

17 Et incuruabitur sublimitas hominum. ms. Hier. h. c. *pro*, *omnis* sublimitas. g. habent, *omnis homo*.

CAP. 3.

1 Et omne robur aquæ. fortem. ms. Hier. h. c. *pro*, Et fortem.

5 Et irruet populus. ms. c. *pro*, *corrueat*. sicut tamen g. & Hier. habent. h. videntur significare, & *opprimeretur*, vel *expilabitur* populus. nonnulli exponunt, erit *exactor*, aut *violenter ager* populus, ut significetur seditio.

6 Domesticum patris sui. Vestimentum tibi est. ms. Hier. h. *pro*, patris sui, & *dicet*: Vestimentum, & c. g. & c. habent, *dicens*.

7 *Respondebit* in die illa. ms. h. c. *pro*, *respondebitque*. Hier. habet, & *respondebit*. g. & *respondens*.

9 Agniū vultus eorum *respondit* eis. ms. Hier. h. *pro*, *respondebit*. c. habent, *restitit*. c. *restituitur* contra eos.

16 Et dixit Dominus: Pro eo. ms. Hier. h. c. g. *pro*, Dominus *Deus*. Pro eo.

16 Et plaudebant, ambulabant. ms. h. *pro*, & ambulabant, sicut Hier. tamen habet.

CAP. 5.

2 Et plantauit *eam* electam. ms. *pro*, *vineam* electam. sicut g. tamen habent. h. habent, & plantauit *eam* *vitem optimam*: quibus consentiunt c. Hier. habet, & plantauit *vineam Sorec*: quod solus, ait, Symmachus, *electam* est interpretatus, exprimens sensum qui tenetur in verbo.

6 Et ascendent vepres. ms. h. *pro*, & ascendet *super eā* vepres. sicut tamē g. & Hier. habet.

7 Vineam enim Domini. ms. h. g. c. *pro*, *autem*. sicut Hier. tamen habet.

9 In auribus meis sunt hæc, Domini exercituum. ms. Hier. g. h. *pro*, sunt hæc, *dicat Dominus* exercituum.

CAP. 6.

3 Sanctus Dominus exercituum, ms. Hier. h. g. c. *pro*, Dominus *Deus* exercituum.

CAP. 7.

4 In ira furoris Rafin & Syriæ, & c. ms. Hier. h. c. *pro*, Rafin *regis* Syriæ.

14 Et *vocabis* nomē eius E M A N V E L. ms. Hier. g. h. *pro*, *vocabitur*. c. habent, *vocabit*. quo modo etiam h. veri posse testatur Hier.

CAP. 8.

18 Et pueri, quos. ms. h. g. c. *pro*, & pueri *mei*, quos.

19 A Deo suo *requirit*. ms. Hier. *pro*, *requiret*. sicut tamen h. & g. habent.

19 Requirit, pro viuis à mortuis? ms. Hier. h. g. c. *pro*, requirit *visionem*, pro viuis ac mortuis.

21 Et transibit per eam, corrueat. ms. Hier. h. g. c. *pro*, & corrueat.

22 Et tenebræ, dissolutio, & c. ms. Hier. h. *pro*, & dissolutio.

CAP. 9.

13 Incuruantem & *refrenantem* die vna. ms. *pro*, *deprauantem*. sicut tamen habent ms. quedam, Hier. & Compl. g. habent, *magnum* & *paruum*. c. *dominatorem* & *satrapam*. h. *ramum* & *iuncum*.

17 Et conuoluetur superbia fumi. ms. h. *pro*, in superbia. sicut Hier. tamen habet.

20 Et Ephraim Manassen: simul ipsi. ms. Hier. h. c. *pro*, & simul. g. habent, *quia* simul.

CAP. 10.

5 In manu eorum indignatio mea. ms. h. Hier. g. c. *pro*, eius.

24 In virga percutiet te. ms. Hier. h. *pro*, in virga *enim*.

25 Indignatio & furor meus. ms. h. g. c. *pro*, indignatio *mea*, & sicut Hier. tamen habet.

32 Filia Sion, collem Ierusalem. ms. Hier. h. *pro*, & collem. sicut tamen g. & c. habent.

CAP. 11.

8 Super *foramine* aspidis. ms. h. g. c. *pro*, *foramina*. Hier. habet, super *foramen*.

8 Et in *cauernam* reguli. ms. Hier. h. g. c. *pro*, *cauerna*. CAP. 13.

4 Regum & gentium congregatum. ms. g. *pro*, regum, gentium, sicut tamen Hier. h. & c. habent: nisi quod h. & c. *pro* *regum*, habeant *regnorum*.

4 *Præcipit* militiæ belli. ms. h. c. *pro*, *præcepit*. sicut tamen Hier. & g. habent.

9 Ecce dies Dñi *venit*. ms. Hier. h. g. *pro*, *veniet*.

18 Et *lactentibus* *uteri*. ms. Hier. quibus consentiunt h. quæ habent, & *fructui ventris*. g. quæ habent, & *filiorum vestrorum*. & c. quæ habent, & *super paruulum ventris*, & c. *pro*, & *lactantibus* *uteri*.

CAP. 14.

9 Infernus subter conturbatus est. ms. g. *pro*, subter *te*. sicut Hier. & c. tamē habent. h. infernus subter conturbatus est tibi, vel propter te.

20 Tu enim terram tuam *disperdidisti*. ms. Hier. *pro*, *disperdisti*.

27 Dominus enim exercituum decreuit. ms. h. Hier. g. c. *pro*, Dominus exercituum.

31 Et non est qui *effugiet* agmen eius. ms. *pro*, *effugiat*. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 15.

3 Et in plateis eius omnis *vlulat*. ms. h. habent, omnis *vlulabit*. g. *vlulante*. c. omnes *vlulant*, *pro*, omnis *vlulatus*. sicut Hier. tamē habet.

3 *Descendit* in fletū. ms. h. quibus c. cōsentiūt, *pro*, *descendet*. sicut Hier. tamen habet.

5 Vitulam *cōternantem*. ms. Hier. h. g. c. *pro*, *conseruantem*.

CAP. 16.

1 Emitte agnum dominatorem terræ. ms. Hier. h. g. c. *pro*, agnum Domine dominatorem.

14 Et nunc locutus est Dominus dicēs. ms. Hier. h. g. c. *pro*, locutus est dicens.

14 Et relinquetur paruus & modicus. ms. h. Hier. g. c. *pro*, in eo paruus &.

CAP. 17.

4 Et pinguedo carnis eius *marcescet*. ms. *pro*, *emarcescet*. Hier. habet, & pingues carnes eius *marcescent*.

8 Non *respiciet* lucos & delubra. ms. h. *pro*, *respicient*. sicut tamen Hier. & g. habent.

CAP. 18.

2 Ad gentem expectantem, *expectantem* & conculcatam. ms. h. quoque eandem vocem repetunt, non tamen g. nec Hier.

4 Dominus ad me: *Quiescam*. ms. Hier. h. g. c. *pro*, Ego *quiescam*.

5 Totus *efflorescit*. ms. *pro*, *effloruit*. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 19.

4 Ait Dominus *Deus* exercituum. ms. Hier. *pro*, Dominus exercituum. sicut g. tamē habet, h. & c. habent, *Dominator* Dñs exercituum.

CAP. 20.

4 *Nudum* & *discalceatum*. ms. *pro*, *nudam* & *discalceatam*, quod tamen h. magis exigere videntur. g. & c. habent, *nudos* & *discalceatos*. Hier. habet, *Iuuenum* & *senum nudam* & *discalceatam*.

6 Ecce *hæc* erat spes nostra. ms. Hieron. h. g. c. *pro*, *hæcine* erat.

CAP. 21.

12 *Cōuertimini*, venite. ms. Hier. *pro*, & venite.

CAP. 22.

8 Et *videbis* in die illa. ms. Hier. h. *pro*, *videbitis*. c. habent, *insipient*.

CAP. 23.

16 Sume citharam. ms. Hier. h. g. *pro*, sume *tibi* citharam.

18 Eterunt *negotatio* eius. ms. h. g. c. *pro*, *negotiationes*. Hieron. habet, & *erit negotatio* eius.

CAP. 24.

2 Sic dominus eius: sicut ancilla. ms. Hieron. h. c. *pro*, & sicut ancilla. c. tamen habent &.

4 Defluxit orbis, infirmata est. ms. Hier. h. c. *pro*, & infirmata est.

CAP. 25.

1 Domine Deus meus es tu, exaltabo te. ms. Hier. h. g. c. *pro*, & exaltabo te.

6 Conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum. ms. Hier. h. *pro*, *conuiuium* pinguium medullatorum.

CAP. 26.

6 Conculcabit eā pes, *pedes* pauperis. ms. Hier. h. g. c. *pro*, *pes* pauperis.

10 Et non discet iustitiam: in terra. ms. Hier. h. g. *pro*, iustitiam *facere*: in terra.

11 Et non videant. ms. Hieron. g. *pro*, *ut* non. h. neutrum habent, sed tantum: non videbunt.

CAP. 27.

8 *Meditata* est in spiritu suo. ms. *pro*, *meditatus* est. sicut tamen habent Hieron. h. g. & c.

CAP. 28.

21 *Sicut* in valle. ms. Hier. h. quibus c. sensu conueniunt, *pro*, *sic* in valle.

21 Alienum opus eius. ms. Hier. h. *pro*, *alienum est* opus eius.

21 Peregrinum opus eius ab eo. ms. h. g. *pro*, peregrinum *est* opus. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 30.

4 *Erant* enim in Tani. ms. h. c. *pro*, *ierant* enim in Taphnis. Hier. habet, *erunt*. g. habent, quia *sunt* in Thanis: *pro*, Taphnis, & Tani. h. habent Tfoan.

8 Nunc *ergo* ingressus. ms. g. *pro*, nūc ingressus. sicut tamen Hier. & h. habent.

CAP. 32.

7 Cogitationes *concinnauit*. ms. Hier. h. *pro*, *concinnauit*. g. habent, iniqua *cogitat*.

10 Post dies & *annum* vos. ms. h. *pro*, & annos, & vos. g. habet, *diebus anni*. c. *diebus* enim cum *annis*. Hier. habet, & *annum* & vos.

11 Exuite vos, & *confundimini*. ms. Hier. *pro*, *confundemini*. h. habent, & *nudare*. g. *nuda estote*. c. *nudamini*.

13 *Spina* & vepres ascendent. ms. Hieron. *pro*, *spina*.

CAP. 33.

2 Te enim *expectauimus*. ms. Hier. h. g. c. *pro*, *expectamus*.

6 In temporibus *tuis*. ms. Hier. h. *pro*, *suis*. c. habent, in tempore *suo*.

10 Nunc exaltabor, nunc *subleuabor*. ms. Hier. h. g. c. *pro*, & nunc *sublimabor*: videtur tamen a quē posse verti *sublimabor*, ac *subleuabor*.

11 Concipietis ardorem, parietis stipulam. ms. Hier. h. *pro*, & parietis.

15 Et loquitur *veritates*. ms. Hier. *pro*, *veritatem*. h. habet, *rectitudines*. g. *rectam viam*.

CAP. 34.

6 Et hircorum, de sanguine. ms. Hier. h. *pro*, & de sanguine.

CAP. 35.

4 Confortamini, nolite timere. ms. h. g. *pro*, & nolite. sicut tamen Hier. & c. habent.

4 Et saluabit vos. ms. Hier. h. c. *pro*, nos, sicut g. tamen habent.

CAP. 37.

14 Et expandit eos *Ezechias* coram Domino. ms. h. g. *pro*, eos coram Domino. sicut g. tamen habent.

28 Et introitum tuum cognoui. ms. h. *pro*, ego cognoui. sicut g. tamen habent.

29 In *viā*, per quā venisti. ms. Hier. *pro*, in *via*.

CAP. 38.

5 Et vidi *lachrymā tuā*. ms. h. *pro*, *lachrymas tuas*.

16 Domine sic viuatur. ms. *pro*, Domine *si* sic viuatur. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 40.

14 Et erudiuit eum *scientiam*. ms. *pro*, *scientia*.

19 Nunquid sculpsit *conflauit* faber? ms. Hier. h. g. *pro*, *conflabit*.

21 Nunquid non *scitis*? ms. *pro*, *scietis*. sicut tamen h. Hier. & g. habent.

24 Equidem neque *plantatos*, neque *satos*, neque radicato in terra trunco eorum. *ms. pro, Et quidem neque plantato, neque sato, neque &c.* h. habent, Etiam non sunt plantati, etiam neque sunt sati. g. Non enim plantantur, neque feretur. Hier. *Equidē neq; plantatus, neq; satus, neque radicans* in terra truncus eorum.

28 Qui creauit terminos terræ, non deficiet. *Ms. Hieron. h. g. c. pro, & non deficiet.*

CAP. 41.

2 & sicut stipulam. *h. g. c. pro, sicut stipulam. sicut h. tamen habent.*

7 vt non moueretur. *ms. pro, moueatur.*

12 erunt quasi non sunt. *ms. h. g. c. pro, & erunt.*

18 Aperiam in *supremis* collibus. *ms. h. pro, in supinis. sicut Hier. tamen habet. g. habent, in montibus. c. in torrentibus.*

CAP. 42.

13 & sicut vir preliator. *ms. pro, sicut vir &c. sicut h. tamen habent.*

CAP. 43.

3 Egyptū, Æthiopiam. *ms. h. c. pro, & Æthiopiam. sicut g. tamen habent.*

20 glorificabit me. *ms. h. g. c. pro, & glorificabit.*

CAP. 44.

7 Ex quo constitui populum antiquū. *ms. Hier. h. g. c. pro, constitui mihi.*

11 conuenient omnes. *ms. Hier. h. g. c. pro, conuenient enim omnes.*

16 & de medio eius carnes comedit. *ms. Hier. h. g. c. pro, carnes coxit, & comedit.*

20 Cor insipiens adorauit illud. *ms. h. pro, adorabit. sicut tamen Hier. habet.*

CAP. 45.

4 & vocaui te in nomine tuo. *ms. h. pro, te nomine tuo. sicut tamen g. habent.*

5 Ego Dominus, & non est amplius. *ms. h. g. c. pro, Ego Dominus, non est.*

9 Vā qui contradicit *factori* suo. *ms. pro, fictori. h. habent, plasmati.*

12 Ego, manus meæ. *ms. h. g. c. pro, Ego, & manus meæ.*

CAP. 46.

6 conducentes *aurificem*. *ms. Hier. h. g. c. pro, artificem.*

8 & confundimini. *ms. pro, confundamini.*

13 & *Israēli* gloriam meam. *ms. h. g. c. pro, in Israël.*

CAP. 49.

3 Quia in te *gloriabor*. *ms. Hier. h. g. c. pro, glorificabor.*

5 Et nunc dicit Dominus. *ms. Hier. h. c. pro, Et nunc hæc dicit. g. habent, sic dicit.*

6 Ecce dedi te in lucem gentium. *ms. g. c. pro, dedi te in lucem. sicut Hier. habet. h. habent, & dedi.*

CAP. 50.

1 Ecce in iniquitatibus vestris. *ms. h. g. c. pro, Ecce enim in.*

6 ab increpantibus & conspuentibus. *ms. Hier. h. g. c. pro, & conspuentibus in me.*

CAP. 53.

2 Et ascendit. *ms. h. pro, ascendet.*

11 In scientia sua iustificabit. *ms. Hier. h. c. pro, Scientia sua.*

11 Ipse iustus seruus meus multos. *ms. h. pro, seruos meos. sicut Hier. habet.*

CAP. 54.

1 *Letare* sterilis. *ms. g. c. pro, Lauda. h. habent, Praconi.*

1 quā eius quæ habet virum. *ms. pro, habebat. h. habent, quā filij maritæ. g. quā habentis virum.*

CAP. 55.

13 Pro *salimca* ascendet abies. *ms. pro, Pro salimcula. sicut Hier. tamen habet.*

CAP. 57.

21 Nō est pax, dicit Deus meus, *impis*. *ms. Hier. h. pro, Non est pax impiis, dicit Deus meus. sicut tamen g. habent.*

CAP. 58.

2 Rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. *ms. h. pro, & appropinquare. sicut g. tamen habent.*

VARIÆ LECTIONES

7 Induc in domū. Cū videris nudum. *ms. h. pro, in domum tuam. sicut tamē g. habent.*

CAP. 60.

9 Me enim insulæ *expectant*. *ms. pro, expectabunt. sicut tamen h. & c. habent. g. habent, expectauerunt.*

CAP. 61.

1 Eo quodd vixerit Dominus me. *ms. h. pro, vixerit me. sicut tamen g. habent.*

3 vt ponerem lugentibus Syon. *ms. Hier. h. g. c. pro, vt ponerem fortitudinem lugentibus.*

8 Diligens iudiciū, odio habens. *ms. h. c. pro, & odio habens. sicut g. tamen habent.*

8 rapinam in holocausto. *ms. pro, in holocaustum.*

CAP. 63.

10 & affixerunt spiritum sanctum eius. *ms. g. c. pro, sancti eius. Hier. habet vtrunque. h. habent, sanctitatis eius.*

11 Moyſi populi sui. *ms. h. Hier. pro, & populi.*

CAP. 64.

8 & ne vltra memineris iniquitatis: ecce. *ms. h. c. pro, iniquitatis nostræ: ecce. sicut g. tamen habent.*

CAP. 65.

1 ad gentem quæ non inuocabat nomē meum. *ms. Hier. h. g. c. pro, ad gentem, quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomē meū.*

6 & retribuam in sinum eorū. *ms. h. g. c. pro, in sinu.*

22 Et opera manuum eorum inueterabūt *electis meis*. Nō laborabunt frustra. *ms. Hier. quibus accedunt h. & c. quæ habent, Et opus manuum suarum inueterabunt electi mei.*

Quam lectionē agnoscit Hier. & Septuaginta ab eo citati. Nō &c. *pro, Electi mei nō laborabūt frustra. sicut g. tamē hodie hab.*

CAP. 66.

1 Et quis est iste locus quietis meæ? *ms. pro, Et quis iste locus requietionis meæ? h. & c. vtroque modo possunt verti.*

17 post *vnā* intrinsecus. *ms. h. pro, post ianuam. sicut tamen habet textus Hier. commentariis additus.*

22 dicit Dominus: sic stabit. *ms. Hier. h. g. c. pro, dicit Dominus Deus: sic stabit.*

IN IEREMIA

PROPHETA.

CAP. 1.

7 Noli dicere, Puer sum. *ms. h. c. pro, Quia puer sum. sicut tamen Hier. & g. habent.*

9 Et dixit Dominus ad me. *ms. Hier. h. g. c. pro, Et dixit ad me.*

CAP. 2.

7 fructum eius, & optima illius. *ms. pro, & bona illius. sicut tamen Hier. & g. habent. h. habent, & bonum eius.*

11 Si mutauit gens deos, & certè. *ms. h. c. pro, deos suos, & sicut g. tamen habent.*

CAP. 4.

10 Et ecce peruenit gladius. *ms. h. g. c. pro, Ecce peruenit.*

31 Vox filiae Syon intermorientis. *ms. pro, inter morientes. sicut Hier. habet.*

CAP. 5.

4 Ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. *ms. Hier. h. pro, & iudicium. sicut g. tamen habent.*

6 Quia multiplicata sunt prauaricationes eorū. *ms. Hier. pro, multa.*

8 Equi amatores, & emissarii facti sunt. *ms. pro, amatores in feminas, &c. sicut Hier. tamen habet. Istud, in feminas, neque etiam h. habent, nec g. nec c.*

13 Propheta fuerunt in ventum, & responsum. *ms. h. g. c. pro, in ventum locuti, &c.*

14 in ore tuo ignem. *ms. g. c. pro, in ignem. sicut tamen Hier. & h. habet. c. habet, instar ignis.*

14 & populum istum ligna. *ms. h. g. c. pro, in ligna. sicut tamen Hier. habet.*

17 & armenta tua: comedet vineam tuam. *ms. h. pro, & comedet. sicut tamen g. habent.*

19 Sic seruietis alienis in terra non vestra. *ms. h. c. pro, diu alienis. quomodo Hier. saltem intellexit. c. habent, populis colētibz idola.*

20 Annunciate hoc domui Iacob. *ms. h. c. Hier. pro, hæc. sicut g. tamen habent.*

CAP. 6.

18 Et cognosce congregatio. *ms. Hier. h. pro, & cognoscite.*

19 Ecce ego adduco mala. *ms. h. g. c. pro, adducam.*

21 vicinus & proximus, & peribunt. *ms. Hier. c. pro, vicinus & proximus peribunt. sicut tamen g. habent. h. vtramque videntur recipere lectionem.*

27 & probabis viam eorū. *ms. Hier. h. g. c. pro, vias.*

CAP. 7.

24 sed abierunt in voluntatibus. *ms. Hier. pro, voluptatibus. h. & c. habent, in consiliis. g. in desideriis.*

32 & sepelient in Topheth. *ms. h. g. c. pro, sepelientur. sicut Hier. tamen habet.*

CAP. 8.

4 Nunquid qui cadet, non resurget? *ms. Hieron. pro, cadit. h. & c. habent, Nunquid cadent, & non &c. g. cadens.*

11 & sanabant contritionem filiarum. *ms. Hier. h. g. c. pro, contritiones.*

CAP. 9.

2 adulteri sunt, cœtus prauaricatorū. *ms. Hier. h. g. c. pro, & cœtus.*

20 & assumat auris vestra. *ms. Hieron. h. c. pro, & assumant aures vestra. sicut g. tamen habet.*

21 per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. *ms. h. Hier. c. pro, per fenestras vestras, ingressa est domos vestras. sicut g. tamen habent.*

CAP. 10.

5 in similitudinem palme fabricata sunt. *ms. Hieron. pro, fabricata sunt.*

9 & aurum de Ophaz. *ms. Hier. h. pro, Ophir. g. habent, Mophaz.*

14 omnis homo à scientia, confusus est. *ms. Hier. h. g. c. pro, à scientia sua, confusus est.*

22 & habitaculum draconum. *ms. Hier. h. g. c. pro, habitacula.*

CAP. 11.

4 quæ praecepit vobis. *ms. Hier. g. c. pro, praecepi. h. habent futurum Piel.*

13 & secundū numerum viarum Ierusalem. *ms. Hier. h. g. c. pro, viarum tuarum Ierusalem.*

15 in domo mea facit. *ms. pro, fecit. sicut tamen Hier. & g. habent.*

19 super me consilia, Mittamus lignū. *ms. Hier. h. pro, dicentes, Mittamus. sicut g. habent.*

CAP. 12.

12 Venerunt vastatores. *ms. Hier. h. g. c. pro, venerunt omnes vastatores.*

12 vastatores: quia gladius Domini. *ms. Hier. h. g. c. pro, vastatores terra, quia &c.*

CAP. 13.

6 Surge, vade ad Euphraten. *ms. h. g. c. pro, & vade.*

18 humiliamini: sedete, quoniam. *ms. Hier. h. g. c. pro, sedete in terra, quoniam.*

18 quoniam descendit de capite vestro. *ms. Hier. h. g. c. pro, descendet.*

CAP. 14.

8 saluator eius in tēpore tribulationis. *ms. Hier. h. c. pro, saluator noster in &c.*

9 velut vir vagus, vt fortis. *ms. h. pro, vagus & fortis.*

14 & diuinationem, & fraudulentiam. *ms. pro, & diuinationem fraudulentam. sicut Hieron. habet. h. habent, & diuinationem, & nihil. g. & diuinationes, & auguria.*

18 Propheta namq; & sacerdos. *ms. pro, quoque. sicut Hier. habet. h. habent, etiā propheta, etiā sacerdos. g. & c. propheta & sacerdos.*

20 iniquitatem patrum nostrorum. *ms. h. pro, iniquitates.*

CAP. 15.

1 Si steterit Moyses & Samuel. *ms. Hier. h. g. c. pro, steterint.*

14 in furore meo: super vos ardebit. *ms. Hier. h. g. c. pro, & super vos.*

CAP. 16.

14 Propterea, ecce dies veniunt. *ms. Hier. h. g. c. pro, venient.*

CAP. 17.

CAP. 17.

- 4 Quoniam ignem *succendistis* in furore meo. ms. Hier. h. g. pro, *succendisti*.
 9 Prauum est cor *omnium*, & inscrutabile. ms. Hier. pro, *hominis*. h. & c. habent, Dolosum est cor *pro omnibus*. g. Profundum est cor *super omnia*.
 26 de ciuitatibus Iuda, & circuitu Ierusalem. ms. pro, & de circuitu. sicut tamen h. & c. habent.

CAP. 18.

- 15 in viis suis, in semitis seculi. ms. h. g. c. pro, & in semitis.

CAP. 19.

- 2 ad vallem filij Ennon. ms. Hier. h. pro, *filiorum Ennon*. sicut g. tamen habent.
 2 quæ ego loquar ad te. ms. Hier. h. g. c. pro, quæ ego loquor.
 6 Propterea, ecce dies *veniunt*. ms. Hier. h. g. pro, *venient*.
 8 Super *uniuersas plagas* eius. ms. h. c. pro, Super *uniuersa plaga* eius. sicut tamen g. & Hier. habent.

CAP. 21.

- 7 & non mouebitur, neque parceret. ms. pro, & non *flectetur*. sicut Hier. omnino habet. h. & c. habent, non *ignosceret*.

CAP. 23.

- 4 & non formidabunt vltra. ms. h. g. c. pro, non formidabunt vltra. sicut Hieron. tamen habet.
 6 In diebus illius saluabitur Iuda. ms. h. g. c. pro, *illis*. sicut Hier. tamen habet.
 13 Vidi fatuitatem: prophetabant in Baal. ms. Hieronym. h. g. pro, & prophetabant in Baalim.
 14 Vidi similitudinem, *adulterium*, & iter mendacij. ms. Hier. pro, *adulterantium*. h. habent, Vidi turpitudinem, *adulterare*, &c. g. Vidi horribilia, *adulterantes*, &c.
 19 Turbo dominicæ indignationis *egreditur*. ms. g. pro, *egredietur*. sicut tamen Hier. habet. h. habent, *egressus est*.
 24 Nunquid non calum & terram ego *impleo*? ms. Hier. h. g. pro, *implebo*.

CAP. 25.

- 2 quod vel quæ locutus est Ieremias. ms. Hier. h. g. c. pro, & locutus est.
 38 quasi leo vmbra culum suum, quia facta. ms. h. g. c. pro, suum, facta.

CAP. 28.

- 9 Cum venerit verbum eius, scietur. ms. Hier. h. g. pro, *tunc* scietur.

CAP. 29.

- 1 Verba libri quem misit. ms. Hier. pro, quæ misit. sicut tamen g. habent. h. & c. vtrunque admittunt.
 6 & multiplicamini ibi. ms. Hier. h. g. c. pro, *multiplicabimini*.
 8 Hæc enim dicit Dominus. ms. Hier. h. g. c. pro, Hæc dicit Dominus.
 14 & inueniar à vobis. ms. Hier. h. g. c. pro, inueniar.
 15 quia dixistis, *Suscitauit* nobis. ms. h. g. c. pro, *Suscitabit*. sicut tamen Hier. habet.

CAP. 30.

- 13 ad alligandum: *curationum* utilitas. ms. Hieron. quibus satis fauent h. g. c. pro, ad *alligandam curationem tuam*, utilitas.
 16 & qui te vastant, vastabuntur. ms. Hier. h. g. c. pro, & omnes qui te.

CAP. 31.

- 14 Populus meus bonis *meis* adimplebitur. ms. Hier. h. g. c. pro, bonis adimplebitur.
 17 filij ad terminos suos. ms. Hieron. h. g. c. pro, filij *tui* ad terminos suos.
 18 Castigasti me, & eruditus sum. ms. Hieron. h. g. c. pro, Castigasti me *Domine*, & eruditus sum.
 32 Pegi cum patribus *eorum*. ms. h. g. c. pro, cū patribus *vestris*. sicut Hier. tamen habet.
 34 Cognoscite Dominum, ms. Hier. h. c. pro, *Cognosce*. sicut g. tamen habent.
 38 Ecce dies *veniunt*. ms. Hier. h. g. c. pro, *venient*.

- 39 Et exibat vltra *norma* mensuræ. ms. Hier. h. g. c. pro, *normam*.

CAP. 32.

- 32 ipsi, & reges eorum, principes eorum. ms. h. pro, & principes. sicut tamen Hi. & g. habent.
 33 docerem eos *diluculo*, & erudirē. ms. h. g. c. pro, docerem eos, & erudirem diluculo.

CAP. 33.

- 2 Qui facturus est, *Dominus* formaturus. ms. h. c. pro, Qui facturus est, & formaturus. sicut g. tamen habent.
 6 Ecce ego obducam ei cicatricem. ms. h. g. pro, *eis* cicatricem.
 16 Et hoc est quod *vocabit eam*. ms. pro, & hoc est *nomen* quod *vocabunt eum*. sicut g. habent: nisi quod pro, *eum*, habeant, *ei*. h. habent. Et iste qui *vocabit eam*.
 22 & metiri arena maris. ms. h. g. c. pro, *arena* maris.

CAP. 34.

- 5 quia verbum ego locutus. ms. h. g. c. pro, verbū *hoc* ego locutus.
 11 seruos & ancillas quos. ms. h. g. c. pro, seruos *suos*, & ancillas *suas*, quos.
 11 quos *dimiserant* liberos. ms. pro, *dimiserunt*.
 17 Ecce ego prædico vobis libertatem. ms. h. g. c. pro, Et ego.

CAP. 35.

- 10 & obedientes *fecimus*. ms. h. g. c. pro, & obedientes *fuimus*.
 17 Ecce ego *adduco*. ms. h. g. c. pro, *adducam*.

CAP. 36.

- 30 dicit Dominus contra. ms. h. g. c. pro, Dominus *Deus* contra.

CAP. 38.

- 4 ad eos *iuxta* verba hæc. ms. h. g. c. pro, *uniuersa* verba hæc.
 5 Nec enim fas est *regem* vobis. ms. h. g. c. pro, fas est vobis.
 6 in funibus, & in lacu nō erat. ms. h. c. pro, in funibus, in *lacum*, in quo non erat. g. habet, in funibus *in lacum*, & in *lacu* non erat.
 11 & antiqua quæ. ms. h. c. pro, & antiqua *vestimenta*, quæ.
 12 ad Ieremiam, Pone. ms. h. g. c. pro, ad Ieremiam *prophetam*, Pone.
 12 & *subter* funes. ms. pro, & *super* funes. g. habent, *sub* funibus. h. *desubter* funes.
 20 Respondit autem Ieremias, Non te tradent. ms. pro, Respondit autem Ieremias, & dixit ei, Non &c. h. g. c. habent, Et dixit Ieremias, Non.

CAP. 40.

- 8 Et Iohanan & Ionathan filij Careæ, & Sarcas filius. ms. h. c. pro, Et Iohannā filius Careæ, & Ionathan, & Sarcas filius.
 11 & in filiis Ammon. ms. h. g. c. pro, & in *sinibus* Ammon.

CAP. 42.

- 1 filius Osaie. ms. pro, Oziæ. h. habent, Hofaiah. g. *Ὠζαίου*.
 19 Obtestatus sum vos hodie. ms. pro, vobis. h. habent, contestatus sum *in vos*. g. contestatus sum *vobis*.

CAP. 43.

- 2 filius Osaie. ms. pro, Osiæ. vt supra cap. 42. vers. 1.
 3 vt interficiat nos. ms. quibus g. c. & h. fauent. pro, & interficiat.
 9 Sume lapides grandes. ms. h. pro, Sume tibi lapides.

CAP. 44.

- 1 ad Ieremiam, ad omnes Iudæos. ms. h. pro, & ad omnes. g. habent, omnibus Iudæis.
 4 huius quam odi. ms. pro, huiusmodi quā odiui. h. quoque, g. & c. habent tantum, *huius*.
 7 malum grande contra animas. ms. h. g. c. pro, malum grande *hoc* contra.
 12 in terra Ægypti, cadent in gladio. ms. h. pro, & cadent. sicut g. tamen habent.
 17 sine viris nostris *fecimus* ei. ms. h. g. c. pro, *faciemus* ei.
 19 & ad libandum ei libamina. ms. h. g. c. pro, & ad libandum libamina.

CAP. 46.

- 6 non fugiat velox. ms. g. pro, non fugiet. sicut c. tamen habet. h. vtroq; modo reddi possunt.
 12 in sortem, & ambo. ms. pro, in sortem, ambo. h. habent, *simul* ambo. g. in *idipsum* vtriq;
 19 in *solitudinem* erit. ms. h. g. c. pro, in *solitudine* erit.
 25 & super eos qui confidunt. ms. h. g. c. pro, & super omnes qui.

CAP. 47.

- 2 Ecce aquæ *ascendant*. ms. h. c. pro, *descendent*.
 2 *vlulabit* omnis habitator. ms. h. pro, *vlulabunt omnes* habitatores. sicut tamen g. habent.
 6 Viquequo non *quiescis*? ms. pro, *requiesces*. h. g. c. habent, *quiesces*.

CAP. 48.

- 18 Moab *ascendit*. ms. h. g. c. pro, *ascendet*.
 34 Aquæ quoque Nemrim. ms. h. g. c. pro, aquæ *verò* Nemrim.
 38 super omnia tecta. ms. h. c. pro, & super. sicut g. tamen habent.

CAP. 49.

- 11 pupillos tuos, ego faciam eos. ms. h. pro, & ego.
 29 formidinem in circuitu. fugite. ms. h. g. c. pro, in circuitu *eius*. fugite.

CAP. 50.

- 2 confusa sunt sculptilia. ms. h. g. c. pro, sunt *omnia* sculptilia.
 2 sculptilia *eius*. ms. h. c. pro, sculptilia *eorum*. sicut g. habent.
 3 *ascendit* contra eam. ms. h. g. c. pro, *ascendet* contra eam.
 7 patrum eorum Domino. ms. h. g. c. pro, eorū à Domino.
 8 ante *gregem*. ms. h. pro, *greges*. g. habent, ante *faciem ouium*.
 9 Ecce ego *suscito*. ms. h. g. c. pro, *suscitabo*.
 11 sicut *vitulus* super. ms. pro, *vituli*. sicut g. tamen habent. h. habent, *vitula*.
 12 in gentibus, deserta. ms. h. g. c. pro, in gentibus, & deserta.
 19 pascetur Carmelum. ms. pro, Carmelus. h. habent, & pascetur Charmel. c. in terra Charmel. g. in Carmelo.
 31 quia *venit* dies tuus. ms. h. g. c. pro, quia *veniet* dies tuus.
 41 Ecce populus *venit*. ms. h. g. c. pro, *veniet*.

CAP. 51.

- 6 & saluet vnusquisque. ms. h. g. c. pro, vt saluet vnusquisque.
 6 quoniam tempus *vlionis* est. ms. h. c. pro, *vlionis eius* est. sicut g. tamen habent.
 11 implete pharetras. ms. h. g. c. pro, & implete.
 16 & producit *ventum* de thesauris. ms. h. pro, *ventos*. g. habent, *lumen*.
 52 super sculptilia *eius*. ms. h. g. c. pro, super sculptilia *Babylonis*.

CAP. 52.

- 4 decima mensis. ms. h. g. c. pro, decima *die* mensis.
 6 nona mensis. ms. h. g. c. pro, nona *die* mensis.
 16 princeps militiæ in vinitores. ms. h. g. c. pro, militiæ, vinitores.
 22 omnia *area*: *similiter* columna *secunda*, & *malogranata*. Et fuerunt. ms. h. g. c. pro, omnia *anea*. Et fuerunt.

IN THRENIS

IEREMIÆ.

CAP. I.

- 19 vt refocillarent *animam suam*. ms. Hier. h. pro, *animas suas*. sicut tamen g. habent.

CAP. 2.

- 12 in *sinum* matrum suarum. ms. h. g. c. pro, in *sinu*. sicut Hier. tamen habet.
 15 mouerunt *caput suum*. ms. Hier. h. g. c. pro, *capita sua*.
 16 & fremuerunt dentibus, dixerunt. ms. h. c. pro, dentibus *suis*, & dixerunt.
 16 dixerunt, *Deuorauimus*. ms. h. g. c. pro, *Deuorabimus*.
 20 si *occidetur* in sanctuario. ms. h. g. c. pro, *occiditur*. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 3.

- 2 me minauit, & *abduxit*. ms. *pro*, *adduxit*. sicut Hier. tamen habet. n. habent, *fecit ire*. G. *deduxit*.
 10 Leo in *absconditis*. ms. Hier. n. c. *pro*, in *abscondito*.
 17 Et repulsa est a pace anima. ms. n. G. c. *pro*, repulsa est anima.
 21 hoc recolens. ms. n. G. c. *pro*, *hac*.
 23 Non a diluculo. ms. n. c. G. *pro*, *noni*.
 43 & percussisti nos, occidisti. ms. n. G. c. *pro*, & percussisti, occidisti.
 61 Omnes cogitationes eorum aduersum me. ms. n. G. c. *pro*, cogitationes aduersum.

CAP. 4.

- 14 Cumque non possent, tenuerunt. ms. Hier. n. G. *pro*, possent intrare, tenuerunt.
 17 quæ saluare non poterat. ms. n. G. c. *pro*, nos nō poterat. sicut Hier. tamen habet.
 22 discooperuit peccata tua. ms. Hier. n. G. *pro*, *discooperiet*.

CAP. 5.

- 6 vt saturaremur pane. ms. *pro*, *saturemur*.

IN PROPHETIA

BARUCH.

CAP. I.

- 7 Et ad sacerdotes. ms. G. *pro*, & ad reliquos sacerdotes.
 8 Cum acciperet vasa. ms. G. *pro*, acciperent.
 9 & victos & potentes. ms. G. *pro*, & cunctos potentes.
 9 & duxit eos in Babylonem. ms. G. *pro*, victos in Babylonem.
 21 quos misit ad nos. Et abiimus. ms. G. *pro*, quos misit ad nos, & ad iudices nostros. Et abiimus.

CAP. 2.

- 1 iudicauerunt in Israel. ms. G. *pro*, iudicauerunt in Ierusalem.
 18 Super magnitudine, & incedit. ms. G. *pro*, super magnitudinem mali, & incedit.
 19 fundimus misericordiam ante. ms. G. *pro*, fundimus preces, & petimus misericordiam.
 22 Quod si non audieritis. ms. G. *pro*, Quod si nō feceritis, nec audieritis.

CAP. 3.

- 27 Neque viam disciplinæ dedit illis. ms. G. *pro*, disciplinæ inuenerunt.

CAP. 4.

- 37 Veniunt collecti tibi ab oriente. ms. *pro*, collecti ab. sicut G. tamen habent.

CAP. 6.

- 7 Nam lingua ipforum polita. ms. G. *pro*, nā ligna ipforum polita.

IN PROPHETIA

EZECHIELS.

CAP. I.

- 3 Iuxta fluium Chobar. ms. *pro*, secus flumen. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

- 3 Ipsi & patres eorum. ms. Hier. n. G. c. *pro*, Patres eorum.

CAP. 3.

- 10 quos loquor ad te. ms. n. G. c. *pro*, quos ego loquor ad te.
 19 in iniquitate sua. ms. Hier. n. G. *pro*, in impietate sua.

CAP. 4.

- 3 Pones eam murum. ms. Hier. n. G. c. *pro*, Pone eam in murum.
 4 & assumes iniquitatem eorum. ms. Hier. n. *pro*, iniquitates. sicut G. tamen habent.
 7 Brachium tuum erit exertum. ms. Hieron. *pro*, extentum. n. habent, *discooperitum*. G. Brachium tuum roborabis.
 13 Et dixit Dominus. ms. Hier. n. c. *pro*, *Hec dicit*. sicut G. tamen habent.
 14 Et dixit, Ha, ha, ha. ms. *pro*, A, a, a. Hier. & n. habent *Ahah*.
 16 Ecce ego conteram. ms. n. Hier. G. c. *pro*, Ecce conteram.
 16 & comedent panem in pondere. ms. Hier. n.

VARIAE LECTIONES

- G. *pro*, & comedent panem suum in pondere.
 17 & contabescant in iniquitatibus. ms. Hier. n. G. c. *pro*, contabescat.

CAP. 5.

- 4 Et ex eo egredietur. ms. Hier. n. G. *pro*, ex eis egredietur.
 13 Cum impleuerō indignationem. ms. Hier. n. G. c. *pro*, omnem indignationem.
 16 fames pessimas in eos, quæ. ms. G. *pro*, in eis, quæ.

CAP. 6.

- 9 in vniuersis abominationibus suis. ms. Hier. n. G. c. *pro*, illis.
 11 Domus Israel, qui gladio. ms. Hieron. n. *pro*, quia gladio.
 14 & faciam terram desolatam. ms. Hier. n. G. c. *pro*, terram eorum desolatam.

CAP. 7.

7. Venit *confractio* super. ms. *pro*, *contritio*. Hieronymus habet, *contractio*. G. *complicatio*. c. *regnum*. חֲפָצִיךָ : quod variis modis ab interpretibus exponitur.
 10 Egredia est *confractio*. ms. *pro*, *contractio*. vt supra vers. 7.

- 14 Super omnem multitudinem eius. ms. Hier. n. G. *pro*, super vniuersum populum eius.
 27 & secundum iudicia eorum. ms. n. G. *pro*, iudicium eorum.

CAP. 8.

- 12 Certè vidisti fili hominis. ms. n. G. c. *pro*, vides. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 9.

- 2 In manu sua. ms. Hier. *pro*, eius.
 6 Parvulos & mulieres. ms. G. *pro*, Parvulum. sicut tamen Hier. & n. habent.

CAP. 10.

tunt quod *ms. sed & hoc*: Visum est autem
Silæ ibi remanere. Græca conueniunt cum
priori lectione. vnicum tamen *ms. Græ-*
cum Italicum habet illa verba: Iudas autem
solum abiit Ierusalem.
41 Confirmans ecclesias. Ea verò quæ sequun-
tur, videlicet, Præcipiens custodire præcepta
Apostolorum & seniorum, quādam *ms.*
non legunt, nec *G. nec s.*

CAP. 16.

- 1 Filius mulieris cuiusdam Iudææ. *ms. G. s. pro*,
mulieris Iudææ.

CAP. 17.

- 22 Per omnia quasi supersticiosos vos video.
ms. G. pro, supersticiosos. *s. quoque super-*
stitionis eminentiam indicant, legentes, vi-
deo vos inter omnia nimios esse in cultu
dæmonum.

CAP. 18.

- 10 Ego sum tecum, & nullus nocere poterit tibi.
ms. s. pro, & nemo apponetur tibi, vt noceat
te. quomodo tamen *G. ad* verbum ha-
bent.

CAP. 19.

- 9 Maledicentes via coram multitudine. *ms.*
pro, maledicentes viam Domini. *s. habent*,
viam Dei. *G. verò viam* habent: sed nec
Dei, nec Domini.
11 Virtutesque non quasi libet faciebat. *ms. G. s.*
pro, virtutesque non modicas quasi libet fa-
ciebat.
16 Ita vt nudi & dilacerati effugerent. *ms. pro*,
& vulnerati. sicut tamen *G. & s. habent*.
20 Crescebat verbum Dei & confortabatur. *ms.*
pro, verbum Domini & confirmabatur. *G.*
habent, verbum Domini crescebat & domi-
nabatur. *s. verò* sic legunt, Inualecebat
progressusque faciebat fides in Deum.
23 Turbatio nō minima de via. Demetrius, &c.
ms. G. pro, de via Domini. Demetrius, &c.
s. habent, propter viam Dei.

CAP. 20.

- 4 Comitatus est autem eum vsque in Asiam So-
pater Pyrrhi. *ms. G. s. pro*, comitatus est
autem eum Sosipater Pyrrhi.
7 Paulus disputabat eis, profecturus. *ms. G. pro*,
disputabat cum eis. Syra habent, verba fa-
ciebat ad eos.
14 Cum autem conuenisset nos in Asson. *ms. pro*,
inuenisset, vel, conuenissemus in Asson. *G. ma-*
gis videntur habere, Cum autem obuiasset,
vel, coniunctus esset nobis in Asson. *s. vt au-*
tem recepimus eum, ex Theſo, &c.
15 Et sequenti venimus Milerum. *ms. G. pro*,
& sequenti die venimus. sicut s. tamen ha-
bent. Addunt quoque hic *G. & s. & substi-*
timus Togillij, & sequenti, &c.
29 Lupi graues in vos. *ms. G. pro*, lupi rapaces

in vos. *s. habent*, lupos efferos.

- 33 Argentum aut aurum. *ms. G. s. pro*, argentum
& aurum.

CAP. 21.

- 7 Navigatione expleta. *ms. G. pro*, explicita.
8 Qui erat de septem. *ms. G. pro*, qui erat vnus
de septem. sicut s. tamen habent.
16 Mnasonem quendam. *ms. G. s. pro*, Iasonem
quendam.

CAP. 22.

- 12 Ab omnibus habitantibus Iudæis. *ms. s. pro*,
cohabitantibus in Damasco Iudæis. *G. tamē*
habent, in Damasco.
16 Et ablueri peccata tua. *ms. s. pro*, ablue. *G. cum*
verbum habeat medium, vtroque possunt
verti modo.
28 Hanc ciuitatem consecutus. *ms. pro*, ciuita-
tem. sicut tamen *G. magis videntur ha-*
bere.

CAP. 23.

- 9 Et surgentes quidam Phariseorum. *ms. G. pro*,
exurgentes. *G. vtroque modo licet vertere.*
Addunt hic *G. & s. Surgentes quidam Scri-*
ba ex partibus Phariseorum.
13 Plus quam 40. qui hanc. *ms. G. pro*, plus
quam 40. viri qui, &c. vt s. tamen ha-
bent.
17 Adolescentem hunc perduc ad, &c. *ms. pro*,
adduc. *G. & s. magis habent*, abducito.
23 Et conuocatis duobus. *ms. pro*, vocatis. *G. &*
s. magis habent, aduocatis.
24 Vt imponentes Paulum, eum saluum. *ms. s.*
pro, Paulum saluum, quo modo *G. tamen*
habent.
25 Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi & oc-
ciderent, & ipse postea calumniam sustineret,
tāquam accepturus pecuniam: totum hoc
negligunt quādam *ms. G. & s.*
35 Cum & accusatores tui. *ms. G. pro*, cum ac-
cusatores. quomodo s. tamen habent.

CAP. 24.

- 5 Et concitantem seditiones omnibus. *ms. pro*,
seditionem. quomodo tamen & *G. & s. ha-*
bent.
6 Quem apprehendimus, a quo poteris ipse iu-
dicans. *ms. quādam pro*, Quem & appre-
hensum, volumus secundum legem nostram
iudicare. superueniens autem Tribunus Ly-
ſias, cum vi magna eripuit eum de manibus
nostris, iubens accusatores eius ad te venire: a
quo poteris ipse iudicans. *G. verò & s. hæc*
omnia habent, immò & versui 7. nonnul-
la verba addunt. Manuscriptis autem in eo
consentiunt, quod legant, Quem appre-
hendimus, pro, quem & apprehensum.
14 Sic deſerui patrio Deo meo. *ms. G. pro*, patri.
s. colere Deum patrum meorum.
18 Hanc versus 18. partem, videlicet, Et appre-
henderunt me, clamantes & dicentes: Tolle
inimicum nostrum, omittunt tum *ms. tum*
G. tum s.
26 Quod pecunia daretur a Paulo. *ms. pro*, pe-
cunia ei daretur. *G. & s. habent*, sibi.

CAP. 25.

- 24 Interpellauit me Ierolymis, & hic peten-
tes. *ms. G. s. pro*, Ierolymis, petentes.

CAP. 26.

- 7 In quam duodecim. *ms. G. s. pro*, in qua.
14 Saul, Saul, quid me persequeris. *ms. G. s. pro*,
Saul, Saul, quid. &c.
17 Eripiens te de populo &. *ms. G. s. pro*, de po-
pulis &.
11 Comprehensum me tentabant interficere.
ms. G. s. pro, comprehensum tentabant,
volentes me interficere. *G. tamen non ha-*
bent me.
26 Constanter loquor. *ms. G. s. pro*, eloquor.
31 Dignum quid facit homo iste. *ms. G. pro*,
fecit. sic tamen Syra habent.

CAP. 27.

- 2 Nauem Adrametnam. *ms. pro*, Adramytenam.
G. habent, Adramytenam. *s. verò* legunt,
nauigium quod erat ex Adramanto.

9 Eo quod & ieiunium. ms. g. pro, eò quòd ieiunium.

CAP. 28.

- 4 Qui cum euaserit de mari. ms. pro, euasit. g. quem saluatum ex mari, &c.
6 Diu autem illis sperantibus. ms. pro, expectantibus, sicut tamen s. habent. g. verò utroque modo possunt verti.
26 Et dic ad eos. ms. g. pro, & dic: Aure, &c. s. habent, & dic eis.

IN EPISTOLA D. PAULI
AD ROMANOS.

CAP. I.

- 3 Qui factus est ex semine David. ms. g. s. pro, est ei ex semine.
13 Habeam & in vobis. ms. s. pro, habeam in vobis. sicut g. tamen habent.
18 Qui veritatem in iniustitia detinent. ms. g. s. pro, qui veritatem Dei in iniustitia, &c.
20 Diuinitas: vt sint inexcusabiles. ms. g. pro, ita vt sint inexcusabiles. sicut s. tamen habent.
25 In mendacio. ms. g. pro, in mendacium.
28 Vt faciant ea quæ non conueniunt. ms. s. pro, quæ non conueniunt. sicut g. tamen habent.
32 Non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt. ms. g. s. pro, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt.

CAP. 2.

- 1 Eadem enim agis qui iudicas. ms. g. pro, qua iudicas. sicut s. tamen habent.
5 In diem iræ. ms. s. pro, in die iræ, sicut g. tamen habent.
12 Sine lege & peribunt. ms. g. s. pro, sine lege peribunt.
18 Et nosti voluntatem, & probas. ms. g. pro, voluntatem eius, &c. sicut s. tamen habent.

CAP. 3.

- 6 Iudicabit Deus mundum. ms. s. pro, Deus hunc mundum.
27 Vbi est ergo gloriatio? exclusa est. ms. g. s. pro, gloriatio tua? exclusa est.
30 Qui iustificabit circumcisionem. ms. g. pro, iustificat. sicut s. tamen habent.

CAP. 4.

- 5 Reputatur fides eius ad iustitiam. Sicut & David, &c. ms. g. s. pro, ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei. Sicut & David, &c.
9 In circumcisione, an etiam in præputio? ms. g. s. pro, in circumcisione tantum manet, an etiam, &c.
16 Vt secundum gratiam, vt firma sit. ms. g. s. pro, secundum gratiam firma sit.
17 Ante Deum, cui credidit qui. ms. g. pro, credidisti. sicut s. tamen habent.
18 Secundum quod dictum est, sic erit. ms. g. s. pro, dictum est ei, sic erit.
18 Sicerit semen tuum. Et non infirmatus. ms. g. s. pro, sicerit semen tuum, sicut stella cali, & arena maris. Et non infirmatus.
19 Corpus suum iam emortuum. ms. g. pro, corpus suum emortuum. vt tamen s. habent.
23 Quia reputatum est illi. Sed & propter nos. ms. g. pro, est illi ad iustitiam. Sed &, &c. sicut s. tamen habent.
24 Qui suscitauit Iesum Dominum nostrum. ms. g. pro, Iesum Christum Dominum nostrum. sicut s. tamen habent.

CAP. 5.

- 2 Habemus accessum fide in gratiam istam. ms. g. pro, habemus accessum per fidem in gratiam istam.
13 Peccatum autem non imputatur cum lex non est. ms. g. pro, non imputabatur, cum lex non esset.
16 Et non sicut per vnum peccantem. ms. pro, per vnum peccatum, sicut s. tamen habent. d. verò legunt, Et non sicut per v-

IN LATINIS BIBLIIS.

num qui peccauit: habent enim Aoriston participij.

- 17 Si enim in vnus delicto. ms. pro, si enim vnus delicto. sicut g. tamen habent. s. verò legunt, Nam si propter vnus delictum.
20 Superabundauit gratia. ms. g. s. pro, superabundauit & gratia.
21 Peccatum in morte: ita. ms. g. s. pro, in mortem.

CAP. 6.

- 16 Nescitis quoniam cui. ms. g. s. pro, An nescitis.
21 Quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus. ms. g. pro, tunc in illis, in quibus.

CAP. 7.

- 2 Si autem mortuus fuerit vir, liberata est, &c. ms. g. pro, vir eius, liberata est, &c. sicut s. tamen habent.
2 Liberata est à lege. ms. s. pro, soluta est. sicut tamen g. magis habent.
3 Liberata est à lege, vt non sit. ms. g. s. pro, à lege viri, vt non sit.

CAP. 8.

- 7 Sapientia carnis inimicitia est in Deum. ms. g. s. pro, inimica est Deo.
7 Legi enim Dei non subijcitur. ms. g. s. pro, non est subiecta.
16 Spiritus verò vita. ms. g. s. pro, vivit.
10 Spiritus verò vita propter iustitiam. ms. g. s. pro, iustificationem.
20 Subiecit eam in spem. ms. pro, in spe.
23 Adoptionem filiorum expectantes. ms. g. s. pro, filiorum Dei expectantes.
34 Qui & est ad dexteram. ms. g. s. pro, qui est ad.
35 Quis nos separabit. ms. g. s. pro, quis ergo nos.

CAP. 9.

- 4 Et gloria, & testamenta, &c. ms. g. s. pro, testamentum.
6 Non enim omnes qui ex Israel, Israelitæ sunt. ms. g. s. pro, non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ.
10 Non solum autem, sed & Rebecca. ms. g. pro, non solum autem illa, sed.
10 Ex vno concubitu habens Isaac patre nostro. ms. Græca, ex vno concubitu habens Isaac patre nostro. Syra, cum vnus patris nostri Isaac habuisset consuetudinem.
31 Israel verò sectans legem iustitiæ. ms. g. pro, sectando.

CAP. 10.

- 8 Sed quid dicit? Prope est. ms. g. s. pro, sed quid dicit scriptura? prope est.
13 Omnis enim qui inuocauerit. ms. g. pro, omnis enim quicumque inuocauerit.
16 Sed non omnes obediunt Euangelio. ms. g. s. pro, obediunt.

CAP. 11.

- 5 Secundum electionem gratiæ factæ sunt. ms. g. pro, gratiæ Dei saluæ factæ sunt. s. quidem non habent Dei, sed residuum relictum est, seu remansit secundum electionem gratiæ.

- 19 Dices ergo. ms. g. s. pro, dicis ergo.

CAP. 13.

- 1 A Deo ordinata sunt. ms. g. s. pro, ordinata sunt.
5 Ideo necessitati subditi estote. ms. g. pro, ideoq; necessitate. s. necesse est nobis vt subiciamur.
10 Dilectio, proximo malum non operatur. ms. s. pro, proximi, sicut g. tamen habent.
14 Sed induite Dominum Iesum. ms. s. pro, induimini. g. possunt utroque verti modo.

CAP. 14.

- 2 Oulus manducat. ms. g. s. pro, manducet.
9 Christus & mortuus est. ms. g. s. pro, Christus mortuus est.
11 Mihi flectet omne genu. ms. g. s. pro, flectetur.
19 Et quæ ædificationis sunt inuicē. Noli pro-

pter. ms. g. s. pro, inuicem custodiamus. Noli propter.

CAP. 15.

- 12 In eo gentes sperabunt. ms. g. pro, in eum. s. super eum sperabunt.
13 In spe, in virtute. ms. g. s. pro, & virtute.
16 Oblatio gentium accepta, sanctificata. ms. g. pro, accepta & sanctificata. sicut s. tamen habent.
18 Quæ per me non effecit. ms. g. s. pro, non efficit.
30 Et per charitatem spiritus. ms. g. s. pro, & per charitatem sancti Spiritus.

CAP. 16.

- 23 Hospes meus & vniuersa ecclesia. ms. g. s. pro, & vniuersa ecclesia.
27 Cui gloria in secula seculorum, Amen. ms. g. s. pro, cui honor & gloria. g. tamen & s. non habent. cui. g. verò etiam seculorum omittunt.

IN PRIORE D. PAULI
AD CORINTHIOS EPIST.

CAP. I.

- 10 Sitis autem perfecti eadem mente, & eadem sententia. ms. s. g. pro, perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. g. tamen utrobique habent præpositionem in.
20 Vbi conquistor huius seculi. ms. g. pro, inquisitor.

CAP. 2.

- 1 Veni non per sublimitatem sermonis. ms. pro, in sublimitate. g. habent, per, vel secundum sublimitatem.
12 Non spiritum mundi accepimus. ms. s. pro, huius mundi.

CAP. 3.

- 4 Nonne carnales estis? ms. g. s. pro, nonne homines estis?
11 Qui est Christus. ms. g. pro, quod est Christus.
13 Dies enim declarabit. ms. g. s. pro, dies enim Domini declarabit.

CAP. 4.

- 8 Et vtinam regnaretis. ms. pro, regnetis.
8 Et nos vobiscum regnaremus. ms. pro, regnemus. sicut tamen g. habent.

CAP. 5.

- 7 Expurgate igitur vetus. ms. g. pro, expurgate vetus.

CAP. 6.

- 11 Et hæc quidam fuistis. ms. g. pro, quidem.
19 Quoniam membra vestra, templum est spiritus sancti. ms. pro, templum sunt spiritus sancti. g. & s. habent, Quoniam corpus vestrum, templum est spiritus sancti.

CAP. 7.

- 8 Si sic maneant, sicut & ego. ms. g. pro, permanferint, vel permanant.
11 Et vir uxorem ne dimittat. ms. pro, non.
24 In hoc maneat apud Deum. ms. g. pro, permaneat.

- 36 Non peccat, nubat. ms. g. s. pro, non peccat, si nubat. g. habent, nubant.

CAP. 9.

- 2 Si aliis non sum Apostolus. ms. g. pro, & si aliis. sicut s. tamen habent.
5 Nunquid non habemus potestatem, mulierem fororem. ms. g. s. pro, mulierculam.
13 Edunt: qui altari. ms. g. pro, edunt: & qui.

CAP. 10.

- 17 Nam omnes de vno pane. ms. g. s. pro, omnes qui de vno.
28 Hoc immolatum est idolis. ms. pro, hoc immolatum est idolis. g. vtrum nomē habent, videlicet eidōlōdutor.
29 Iudicatur ab alia cōsciētia. ms. g. s. pro, aliena.
31 Siue bibitis, siue quid facitis. ms. g. s. pro, siue bibitis, vel aliud quid facitis.

CAP. 11.

- 6 Si non velatur mulier & tondeatur. ms. g. s. pro, mulier, tondeatur.
7 Non debet velare caput: quoniam. ms. g. pro, caput

- caput *suum*: quoniam sicut s. tamen habent.
 16 Neque ecclesie Dei. ms. g. pro, ecclesia, sicut s. tamen habent.
 27 Vel biberit calicem, ms. g. pro, & biberit.

CAP. 12.

- 3 Dicit anathema Iesum. ms. g. s. pro, Iesu.

CAP. 13.

- 3 Et si tradidero corpus meum ut ardeam. ms. g. s. pro, ita ut ardeam.
 13 Nunc autem manet fides, spes, charitas. ms. g. pro, manent.

CAP. 14.

- 3 Homini bus loquitur adificationem. ms. g. s. pro, loquitur ad adificationem.
 10 Generalium linguarum sunt in mundo. ms. s. pro, in hoc mundo.
 33 Sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum mulieres. ms. g. s. pro, sanctorum doceo mulieres.

CAP. 15.

- 21 Quoniam enim per hominem mors. ms. g. pro, quoniam quidem per.
 23 Deinde ij qui sunt Christi, in aduentum eius. Deinde finis. ms. g. s. pro, Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis. g. & s. in aduentu eius. Deinde finis.
 34 Euigilate in se &. ms. g. s. pro, in se.
 35 Sed dicit aliquis. ms. g. s. pro, dicit.
 35 Qualia autem corpore veniunt. ms. g. pro, venient, sicut s. tamen habent.
 38 Dat illi corpus sicut voluit. ms. g. pro, sicut vult.
 39 Sed alia quidem hominum, alia vero pecorum. ms. g. pro, sed alia hominum, alia pecorum.
 42 Surgit in incorruptione.
 43 Surgit in gloria.
 44 Surgit corpus spiritale. ms. g. s. pro, surget.
 54 Cum autem corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc. ms. g. s. pro, cum autem mortale hoc, &c.

CAP. 16.

- 12 De Apollo autem fratre, multum rogaui eu. ms. g. s. pro, de Apollo autem fratre, vobis notum facio, quoniam multum rogaui eum.

IN POSTERIORE D. PAVLI
AD CORINTHIOS EPIST.

CAP. I.

- 6 Quae operatur in tolerantiam. ms. g. pro, quae operatur tolerantiam.
 12 Conuersati sumus in mundo. ms. s. pro, in hoc mundo.
 18 Quia sermo noster qui sit apud vos. ms. pro, qui fuit apud vos. g. & s. neutrum habent, sed alterum subaudiunt.
 20 Amen Deo ad gloriam per nos. ms. g. pro, gloriam nostram. s. per ipsum damus Amen ad gloriam Dei.
 21 Confirmat nos vobiscum in Christum, & qui. ms. g. pro, in Christo.

CAP. 2.

- 4 Quam charitatem habeo abundantius. ms. g. pro, habeam.
 10 Cui autem aliquid donatis, & ego. ms. g. s. pro, donastis.

CAP. 3.

- 6 Non littera, sed spiritus, littera enim. ms. g. pro, non littera, sed spiritu, littera enim. s. habet, non in scriptura, sed in spiritu.
 9 Damnationis, gloria est. ms. g. s. pro, damnationis, in gloria est.
 12 Multa fiducia utamur. ms. g. pro, utimur.

CAP. 4.

- 1 Ideo habentes hanc ministracionem. ms. g. pro, administracionem.

VARIÆ LECTIONES

- 5 Sed Iesum Christum Dominum: nos autem. ms. g. pro, Dominum nostrum: nos autem, sicut s. tamen habent.
 6 Qui illuxit in cordibus nostris. ms. g. s. pro, ipse illuxit.
 16 Noster homo corrumpitur, tamen is. ms. g. pro, corrumpatur.

CAP. 5.

- 13 Siue enim mente excidimus, Deo. ms. s. pro, excedimus.

CAP. 6.

- 1 Adiuvantes autem & exhortamur. ms. g. pro, autem exhortamur.

CAP. 7.

- 12 Quam habemus pro vobis ad vos coram Deo. ms. g. pro, pro vobis coram Deo.

CAP. 8.

- 6 Perficiat in vos etiam. ms. g. pro, in vobis.
 7 Et omni sollicitudine, & charitate vestra. ms. g. s. pro, & omni sollicitudine, in super & charitate vestra.
 8 Etiam vestrae charitatis, ingenuum bonum comprobans. ms. g. pro, ingenium.
 15 Qui multum habuit, non abundavit. ms. s. pro, qui multum, non abundavit, sicut g. tamen habent.
 23 Apostoli ecclesiarum, gloria Christi. ms. g. pro, gloria.

CAP. 10.

- 18 Sed quem Dominum commendat. ms. g. s. pro, Deum commendat.

CAP. 11.

- 17 Non loquor secundum Dominum: sed quasi ms. g. s. pro, Deum.
 21 Quasi nos infirmi fuerimus. In quo. ms. g. s. pro, fuerimus in hac parte. In quo.
 23 Ministri Christi sunt, (ut minus sapiens dico) plus ego. ms. g. s. pro, ministri Christi sunt, & ego (ut minus sapiens dico) plus ego.
 33 Et effugi manus eius. ms. g. s. pro, & sic effugi.

CAP. 12.

- 6 Ne quis in me existimet. ms. g. s. pro, ne quis me.
 6 Supra id quod videt me, aut audit. ms. g. s. pro, videt in me, aut.
 11 Nihil enim minus, fui ab iis. ms. s. pro, feci.
 12 Signa tamen Apostoli facta sunt. ms. g. pro, signa tamen Apostolorum mei, facta sunt. s. habent, Signa Apostolorum edidi inter vos.
 15 Et superimpendar ipse pro. ms. pro, ego ipse, sicut s. tamen habent. g. nec ego habent, nec ipse.

CAP. 13.

- 3 Qui in vos non infirmatur. ms. g. pro, in vobis.
 6 Spero autem quod cognoscetis. ms. g. s. pro, cognoscitis.

IN EPISTOLA D. PAVLI

AD GALATAS.

CAP. 2.

- 2 Scorsum autem iis qui videbantur: ne forte. ms. g. pro, qui videbantur aliquid esse, aut, maiores: ne forte. s. tamen habent, qui existimantur aliquid esse.
 5 Quibus neque ad horam cessimus subiectione. ms. pro, cessimus subiectioni. Graeca & Syra videntur significare, cessimus subiectione, vel ad subiectionem ut illis subiceremur.
 6 Qui videbantur esse, nihil contulerunt. ms. g. pro, esse aliquid, nihil, &c. sicut s. tamen habent.
 16 In Christo Iesu credidimus. ms. g. pro, credimus, sicut s. tamen habent.
 18 Iterum haec aedifico. ms. g. s. pro, reaedifico.

CAP. 3.

- 1 Inter vos crucifixus? ms. pro, in vobis, sicut g. tamen habent.
 7 Cognoscitis ergo quia. ms. pro, cognoscite.
 21 Lex quae possit viuificare. ms. pro, posset.

CAP. 5.

- 19 Immunditia, luxuria. ms. pro, immunditia, impudicitia, luxuria. g. tamen & s. videntur impudicitia habere, & luxuria omittere.
 24 Carnem crucifixerunt. ms. g. pro, carnem suam crucifixerunt, sicut s. tamen habent.

CAP. 6.

- 6 Is qui catechizatur verbum. ms. g. pro, verbo.

IN EPISTOLA D. PAVLI

AD EPHESIOS.

CAP. I.

- 6 Gratificauit nos in dilecto. In quo. ms. g. s. pro, in dilecto Filio suo. In quo.
 10 In dispensationem plenitudinis. ms. g. pro, in dispensatione.
 22 Super omnia, ipsi ecclesiae. ms. g. s. pro, supra omnem ecclesiam.

CAP. 2.

- 3 Facientes voluntates carnis. ms. g. pro, voluntatem, sicut s. tamen habent.
 12 Quod eratis illo in tempore. ms. g. pro, qui eratis.
 12 Et sine Deo in mundo. ms. s. pro, in hoc mundo.
 14 Inimicitiam in carne sua. ms. g. s. pro, inimicitias.
 16 Interficiens inimicitiam in. ms. g. s. pro, inimicitias.

CAP. 3.

- 7 Cuius factus sum minister. ms. g. s. pro, cuius factus sum ego minister.
 16 Per spiritum eius in interiorem hominem. ms. g. pro, in interiori homine.

CAP. 4.

- 3 Sicut & vocati estis. ms. g. pro, sicut vocati estis.
 10 Ut impleveret omnia. ms. g. pro, adimpleret.
 30 In diem redemptionis. ms. g. s. pro, die.

CAP. 5.

- 11 Magis autem & redarguite. ms. g. pro, magis autem redarguite, sicut s. tamen habent.
 13 Omne enim quod manifestat, lumen est. ms. s. pro, manifestatur. g. ambigua sunt, sed praecedentia, declarant magis verendum, manifestat.
 23 Ipse saluator corporis. Sed. ms. g. s. pro, corporis eius. Sed.
 33 Vxor autem ut timeat virum. ms. g. pro, vxor autem timeat virum.

CAP. 6.

- 13 Et omnibus perfectis stare. ms. g. pro, & in omnibus perfectis stare. s. habent, quumque instructi fueritis in omnibus, stetis.

IN EPISTOLA AD
PHILIPPENSES.

CAP. I.

- 1 Cum episcopis & diaconis. ms. pro, diaconibus.
 18 Christus annuntiatur. ms. g. pro, annuncietur.
 24 Permanere autem in carne, magis necessarium. ms. g. pro, in carne, necessarium.
 30 Et nunc auditis de me. ms. g. s. pro, audistis.

CAP. 2.

- 1 Si qua viscera ac miserationes. ms. g. s. pro, si qua viscera miserationis.

- 10 Caelestium & terrestrium. ms. g. s. *pro*, caelestium, terrestrium.
22 Mecum feruiuit in *Euangelium*. ms. g. *pro*, in *Euangelio*.

CAP. 3.

- 4 Quamquam ego habeam confidentiam in carne. ms. *pro*, quamquam & ego. g. & s. hoc quidem loco non habent &, sed paulò post, & in carne.
17 Sicut habetis formam *nos*. ms. g. *pro*, formam *nostram*.

CAP. 4.

- 1 Gaudium & corona mea. ms. g. *pro*, gaudiū *meum*, &, sicut s. tamen habent.
8 Si qua laus, hæc cogitate. ms. g. s. *pro*, si qua laus *discipline*, hæc cogitate.
17 Requiro fructum abundantem, in *rationem vestram*. ms. g. *pro*, in *ratione vestra*.

IN EPISTOLA AD
COLOSSENSIS.

CAP. I.

- 12 Gratias agentes Patri. ms. *pro*, gratias agentes *Deo* & Patri, sicut g. tamen habent: s. habent, Deo Patri.
25 Data est mihi in *vos*. ms. g. *pro*, in *vobis*.
28 Docentes *omnem hominem* in omni sapientia. ms. s. *pro*, docentes in omni sapientia, sicut g. tamen habent.

CAP. 2.

- 7 Confirmati fide. ms. *pro*, confirmati in fide, sicut tamen g. & s. habent.
7 Abundantes in *ea*. ms. g. s. *pro*, in *illo*.
14 Chirographum *decretis*. ms. g. *pro*, *decreti*.
20 Ab elementis mundi. ms. s. *pro*, huius mundi.
21 Ne *tetigeris*, neque *gustaueris*, neque *contractaueris*. ms. g. s. *pro*, ne *tetigeritis*, neque *gustaueritis*, neque *contractaueritis*.

CAP. 3.

- 1 Si confurrexistis Christo. ms. g. *pro*, *cum* Christo.
14 Charitatem, quod est. ms. g. s. *pro*, charitatem *habere*, quod est.
20 Placitum est Domino. ms. *pro*, in Domino, sicut g. tamen habent. s. habent, *coram* Domino.
25 Non est personarum acceptio (*apud Deum*.) ms. g. s. id quod parenthesi inclusum est non legunt.

IN PRIORI EPIST. AD
THESSALONICENSES.

CAP. I.

- 8 Sed & in omni loco. ms. g. s. *pro*, sed in omni loco.

CAP. 2.

- 2 Fiduciam *habuerimus* in Deo nostro. ms. *pro*, *habuimus*, sicut g. tamen habent.
7 Sed facti sumus *lenes* in medio vestrum. ms. *pro*, paruuli. g. utroque modo licet veterere. s. habent, *mansueti*.
13 Acceperitis non ut verbum hominum. ms. g. *pro*, acceperitis *illud*, non, &c. sicut s. tamen habent.
16 Preuenit autem ira Dei. ms. g. s. *pro*, preuenit *enim* ira Dei.

CAP. 3.

- 6 Sicut nos quoque vos. ms. s. *pro*, sicut & nos quoque vos. g. habent, sicut & nos vos.

CAP. 4.

- 6 Sicut & prædiximus. ms. g. s. *pro*, sicut prædiximus.
15 Residui sumus in *aduentum* Domini. ms. g. *pro*, in *aduentu*.

IN LATINIS BIBLIIS.

CAP. 5.

- 27 Ut legatur epistola omnibus sanctis. ms. *pro*, epistola *hæc* omnibus sanctis, sicut s. tamen habent.

IN POSTERIORI EPIST.

AD THESSALONICENSES.

CAP. 2.

- 2 Neque per epistolam, tanquam per nos, quasi instet. ms. g. s. *pro*, tanquam per nos *missam*, quasi instet.
4 Ostendens se quia sit Deus. ms. g. *pro*, tanquam sit Deus, sicut s. tamen habent.
14 Ad quod & vocauit vos. ms. *pro*, in quam & g. habent, In quod: s. verò, Ad hæc.

CAP. 3.

- 11 Audimus enim inter vos. ms. g. *pro*, *audiuimus*, sicut s. tamen habent.

IN PRIORI EPISTOLA

AD TIMOTHEVM.

CAP. I.

- 2 Gratia, misericordia, pax à Deo. ms. g. *pro*, gratia, & misericordia, & pax, sicut s. tamen habent.
15 Venit in mundum. ms. s. *pro*, in hunc mundum.
16 Ad *deformationem* eorum. ms. *pro*, *informationem*, sicut g. tamen habent. s. habent, ut exemplo iis essem, &c.

CAP. 2.

- 6 Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis. In quo ms. g. s. *pro*, pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis *confirmatum est*. In quo. s. tamen habent, testimonium quod *evenit* tempore suo.

CAP. 3.

- 2 Ornatum, hospitalem. ms. g. *pro*, ornatum, *pudicum*, hospitalem.

CAP. 4.

- 7 Exerce te ipsum ad. ms. *pro*, exerce autem te ipsum ad, sicut g. tamen habent. s. habent, & exerce te ipsum.
10 Quod *sperauimus* in. ms. g. *pro*, quia *speramus*.

CAP. 5.

- 4 Discant primum domum. ms. g. s. *pro*, *discat*.
5 *Sperauit* in Deo. ms. quædam, & g. Alia ms. legunt *sperat*, *pro*, *speret* in Deum.

CAP. 6.

- 7 Nihil enim intulimus in mundum. ms. s. *pro*, in hunc mundum.
9 Laqueum & desideria. ms. g. s. *pro*, laqueum *diaboli* & desideria.
19 Ut apprehendant *veram* vitam. ms. s. *pro*, *bonam* vitam. g. habent, *aternam* vitam.

IN POSTERIORI EPIST.

AD TIMOTHEVM.

CAP. I.

- 9 Vocauit vocatione sancta. ms. g. s. *pro*, vocatione *sua* sancta.

CAP. 2.

- 4 Nemo militans implicat. ms. g. s. *pro*, nemo militans *Deo* implicat.
8 Memor esto Iesum Christum. ms. g. s. *pro*, memor esto *Dominum* Iesum Christum.
14 (Ad nihil enim utile est) ad subuersionem. ms. g. s. *pro*, nisi ad subuersionem.

- 25 Cortipientem eos qui resistunt, nequando. ms. g. s. *pro*, qui resistunt *veritati*, nequando. s. autem habent, qui contendunt *aduersus se*.
26 A quo *capti* tenentur. ms. g. *pro*, *captiui*. s. quo capti (vel) irretiti sunt.

CAP. 4.

- 5 Ministerium tuum imple. Ego enim. ms. g. s. *pro*, imple. *Sobrius esto*. Ego enim.
17 Prædicatio *impletur*. ms. *pro*, *impleatur*, sicut g. tamen habent.
18 *Liberabit* autem me. ms. g. s. *pro*, *liberauit*.
21 *Salutat* te Eubulus. ms. g. s. *pro*, *salutant*.

IN EPIST. AD TITVM.

CAP. I.

- 9 Ut potens sit & exhortari. ms. g. s. *pro*, ut potens sit exhortari.

CAP. 2.

- 5 Prudentes, castas, domus curam. ms. g. s. *pro*, castas, *sobrias*, domus curam.
7 *Integritatem, grauitatem*. ms. g. *pro*, in *integritate, in grauitate*.
11 Dei *salutaris*, omnibus. ms. g. s. *pro*, Dei *saluatoris nostri*, omnibus.

IN EPISTOLA AD
PHILEMONEM.

- 6 In agnitione omnis boni. ms. s. *pro*, omnis *operis* boni, sicut g. tamen habent.
6 Boni in *vobis* in Christo Iesu. ms. g. s. *pro*, boni in Christo Iesu.
12 Quem remisit. Tu autem. ms. g. *pro*, quem remisit *tibi*. Tu autem, sicut s. tamen habent.
12 Tu autem illum, id est, mea viscera. ms. g. *pro*, tu autem illum, *ut* mea. s. habent, *sicut* meum natum.

IN EPISTOLA D. PAVLI

AD HEBRÆOS.

CAP. I.

- 3 *Sedit* ad dexteram. ms. g. s. *pro*, *sedet*.
12 Et velut amictum *inuolues* eos. ms. g. s. *pro*, *mutabis*.
14 Qui *hereditatem capient*. ms. g. s. *pro*, *capient*.

CAP. 2.

- 5 Non enim angelis subiecit orbem terræ. ms. g. s. *pro*, subiecit *Deum* orbem terræ.
10 Per *passiones*. ms. g. s. *pro*, per *passionem*.

CAP. 4.

- 3 Ab institutione mundi *factis*. ms. g. s. *pro*, *perfectis*.

CAP. 5.

- 7 Et lacrymis offerens, & exauditus. ms. g. s. offerens, exauditus.

CAP. 7.

- 9 Qui decimas *accipit*, decimatus est. ms. g. *pro*, *accepit*.
25 Semper viuens ad interpellandum pro *eis*. ms. g. s. *pro*, pro *nobis*.

CAP. 9.

- 12 Hircorum & vitulorum. ms. g. s. *pro*, aut vitulorum.
26 Ad *destructionem* peccati. ms. *pro*, *destitutionem*. s. ut aboleret peccatum. g. ad *abrogationem* seu *profligationem* peccati.

CAP. 10.

- 30 Mihi vindicta, ego retribuam. ms. g. s. *pro*, *vindictam*.

- 30 Et iterum: Iudicabit Dominus. *ms. G. s. pro, & iterum, quia iudicabit.*
 39 Non sumus subtractionis in perditionem. *ms. G. s. pro, subtractionis filij in perditionem.*
 6 Impossibile est placere. Credere. *ms. G. pro, placere Deo. Credere, &c. sicut s. tamen habent.*
 34 Effugerunt aciem gladij. *ms. pro, effugerunt. G. habent, fugerunt. s. verò, erepti sunt ab acie gladij.*

CAP. 12.

- 1 Curramus propositum nobis. *ms. G. pro, curramus ad propositum.*
 2 Atque in dextera sedis Dei sedit. *ms. G. s. pro, sedet.*
 4 Nondum usque ad sanguinem. *ms. G. s. pro, nondum enim usque.*
 11 Per eam, reddit iustitiam. *ms. G. pro, reddet.*
 19 Quam qui audierant. *ms. pro, audierunt.*

CAP. 13.

- 1 Caritas fraternitatis maneat. Et. *ms. G. pro, maneat in vobis. Et. sicut s. tamen habent.*
 2 Per hanc enim latuerunt quidam. *ms. G. pro, placuerunt. s. utrumque coniunxisse videntur.*
 23 Cognoscite fratrem nostrum. *ms. s. pro, vestrum. G. neutrum habent.*
 24 Salutant vos de Italia. Gratia. *ms. G. s. pro, de Italia fratres. Gratia.*

IN SEPTEM CATHOLICIS

EPIST. LECTIONES VARIAE.

IN EPIST. D. IACOBI

CAP. 1.

- 25 In legem perfectam. *ms. G. s. pro, perfecta.*

CAP. 2.

- 9 Si autem personas accipitis. *ms. s. pro, personam. G. unam habent dictionem, quæ significat personas accipere.*
 13 Qui non fecerit misericordiam. *ms. pro, facit, vel fecit.*

CAP. 3.

- 2 Hic perfectus est vir, potens etiam fratri. *ms. G. pro, potest.*
 3 Ad consentiendum nobis, & omne corpus. *ms. G. s. pro, etiam omne corpus.*
 4 Circumferuntur à modico gubernaculo. *ms. G. s. pro, circumferuntur tamen, vel autem, à modico.*
 12 Sic neque falsam, dulcem potest. *ms. G. pro, falsa. Gracè enim est: sic neque vllus fons, falsam & dulcem facere aquam. s. verò habent: sic neque aquæ falsæ, possunt effici dulces.*
 14 Et contentiones in cordibus vestris. *ms. G. pro, & contentiones sunt in cordibus vestris.*
 17 Modesta, suadibilis, plena misericordia. *ms. G. s. pro, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia.*

CAP. 4.

- 5 Qui habitat in nobis. *ms. G. s. pro, in vobis.*
 8 Appropinquate Deo, &c. *ms. pro, appropriate.*
 11 Nolite detrahare alterutrum fratres. Qui. *ms. G. pro, fratres mei. Qui. sicut s. tamen habent.*
 12 Unus est legislator. *ms. G. pro, vnus est enim legislator. sicut s. tamen habent.*

CAP. 5.

- 3 Thesaurizastis in nouissimis. *ms. G. s. pro, thesaurizastis vobis iram in nouissimis.*
 6 Addixistis & occidistis. *ms. pro, adduxistis. G. & s. habent, condemnastis.*
 6 Et non resistit vobis. *ms. G. restitit.*

VARIAE LECTIONES
IN PRIORI EPISTOLA

D. PETRI.

CAP. 1.

- 6 In quo exultatis, modicum nunc. *ms. G. pro, exultabitis. sicut s. tamen habent. G. tamen, &, exultatis, & exultate, verti posse videntur.*
 8 Non videntes, credentes autem. *ms. G. s. pro, non videntes creditis, credentes autem.*
 12 In qua desiderant. *ms. G. s. pro, in quem.*
 21 Et spes esset in Deum. *ms. G. pro, in Deo.*

CAP. 2.

- 3 Si gustastis quoniam. *ms. G. s. pro, si tamen gustastis.*
 3 Si gustastis quoniam suavis. *ms. pro, dulcis. s. habent, quoniam bonus.*
 8 In quod & positi sunt. *ms. G. pro, in quo & positi sunt.*
 11 Obsecro tanquam aduenas. *ms. s. pro, obsecro vos tanquam. sicut s. tamen habent.*
 20 Sed si bene facientes, patientes. *ms. G. pro, patienter.*
 21 Pro nobis, nobis relinquens. *ms. s. pro, nobis, vobis relinquens, sicut G. tamen habent.*

CAP. 3.

- 4 Quod est in conspectu Dei. *ms. G. pro, qui est.*
 8 In fine autem omnes. *ms. G. s. pro, in fide autem.*
 14 Et non conturbemini. *ms. pro, ut non. G. habent, ne verò conturbemini.*
 18 Pro peccatis mortuus est. *ms. G. pro, pro peccatis nostris mortuus est. sicut s. tamen habent.*
 19 His qui in carcere erant spiritibus. *ms. G. s. pro, erant, spiritu.*

CAP. 4.

- 2 Sed voluntati Dei. *ms. G. s. pro, voluntate.*
 4 In quo admirantur. *ms. quædam legunt peregrinantur. G. utroque modo verti posse videntur: quod enim peregrinum & insolens est, admiramur. s. habent, Et ecce nunc admirantur.*
 6 Secundum Deum spiritu. *ms. G. s. pro, in spiritu.*
 7 Omnium autem finis appropinquauit. *ms. G. pro, appropinquabit. s. habent, instat.*
 8 Mutuam in vobismetipsis charitatem. *ms. G. s. pro, in vobismetipsis.*
 14 Quoniam gloria Dei spiritus in vobis requiescit. *ms. quædam al. Glorie & Dei spiritus in vobis requiescit. G. verò sic habet: Quoniam gloria & Dei spiritus in vobis requiescit. s. verò hoc legunt modo: Quoniam spiritus gloriosus Dei requiescit super vos: pro, quoniam, quod est honoris, glorie & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet.*
 18 Vix saluatur. *ms. G. s. pro, vix saluabitur.*

CAP. 5.

- 1 Testis Christi passionum, & eius. *ms. G. s. pro, qui & eius.*

IN POSTERIORI EPIST.

D. PETRI.

CAP. 1.

- 3 Et pietatem donata est. *ms. G. pro, donata sunt.*
 4 Per quam maxima. *ms. s. pro, per quem, aut quam.*
 8 Hæc enim vobis quum assint. *ms. G. pro, hæc enim si vobiscum assint.*
 16 Non enim doctas fabulas. *ms. pro, indoctas. G. σοφιστικὰς fabulas quod significat a te compo-*

fitas & artificiosè confectas, seu (vt ita dicatur) sophisticatas fabulas.

CAP. 2.

- 10 Non metuunt blasphemantes. *ms. G. pro, non metuunt introducere blasphemantes.*
 13 Coinquinationes & maculæ. *ms. G. pro, coinquinationis.*
 15 Exercitatum avaritia. *ms. G. pro, in avaritia.*
 16 Subiugale mutum, in hominis. *ms. G. pro, mutum animal, in hominis.*
 16 Subiugale mutum, hominis. *ms. pro, in hominis. sicut G. tamen habent.*

CAP. 3.

- 9 Dominus promissi, sicut. *ms. G. pro, Dominus promissionem suam, sicut.*
 12 In aduentum diei Dei. *ms. G. pro, diei Domini.*

IN EPISTOLA PRIMA

D. IOANNIS.

CAP. 1.

- 4 Vobis, vt gaudium vestrum. *ms. G. s. pro, vobis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum G. tamen & s. pro, vestrum, habent nostrum.*

CAP. 2.

- 14 Scripsi vobis adolescentes. *ms. G. pro, scribo vobis iuvenes.*
 22 Iesus est Christus. *ms. s. pro, Iesus non est Christus, sicut G. tamen habent.*

CAP. 3.

- 11 Vt diligatis alterutrum. *ms. s. pro, diligamus sicut G. tamen habent.*
 15 In semetipso manentem. *ms. pro, in se manentem. sicut tamen G. & s. habent.*

CAP. 4.

- 4 Et vicistis eos. *ms. G. s. pro, eum.*
 14 Misit Filium saluatorem. *ms. G. pro, Filium suum saluatorem. sicut s. tamen habent.*
 21 Habemus ab eo vt. *ms. G. s. pro, habemus à Deo vt.*

CAP. 5.

- 7 Testimonium dant celo. *ms. pro, dant in celo, sicut G. tamen habent. s. hunc verum non habent.*
 13 Hæc scripsi vobis. *ms. G. s. pro, scribo.*
 15 Quas postulauimus ab eo. *ms. G. s. pro, postulamus.*
 16 Ad mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus. *ms. G. pro, petat, & dabitur ei vita, peccanti. sicut s. tamen habent, nisi quod pro peccanti, habeant peccantibus.*

EPISTOLA D. IOANNIS

SECUNDA.

- 7 Venisse in carne. *ms. G. pro, venisse in carnem.*
 11 Totum istud: Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini, negligunt & ms. pleraque & G.

EPISTOLA S. IVDÆ.

- 3 Deprecans supercertare. *ms. pro, supercertari. G. ambigua sunt.*
 14 Prophetauit autem de his. *ms. pro, & de his, sicut G. tamen habent.*
 18 Ambulantes impietatum. *ms. G. pro, in impietate, vel impietatibus.*
 20 Sanctissimæ vestrae fidei. *ms. pro, nostra. sicut G. tamen habent.*
 21 Ipsos vos in dilectione. *ms. pro, vobismetipsos.*
 24 In exultatione, soli Deo. *ms. G. pro, in exultatione, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, soli Deo.*

IN APOCALYPSI D.

IOANNIS APOSTOLI,

LECTIONES VARIAE.

CAP. I.

13 Candelabrorum similem. ms. g. pro, candelabrorum aureorum similem.

CAP. 2.

1 Et in huius capitis initio negligunt ms. & g.
4 Habeo aduersum te, quod charitatem. ms. g. pro, habeo aduersum te pauca, quod.
19 Et charitatem & ministerium. ms. g. pro, & charitatem tuam, &.
22 Ecce mitto eam in lectum. ms. pro, ecce ego mitto eam. g. habent, ecce mitto eam.
23 Interficiam in morte. ms. g. pro, in mortem.
24 Doctrinam hanc, qui non cognouerunt. ms. g. pro, & qui non.
24 Qui non cognouerunt altitudines sathanæ. ms. g. pro, altitudinem.
26 Et qui vicerit, & qui custodierit. ms. pro, & custodierit. g. habent, & vincens, & custodiens.
27 In virga ferrea, tanquam vas figuli. ms. g. pro, & tanquam.

CAP. 3.

2 Non enim inueni opera tua. ms. g. pro, inuenio.

CAP. 4.

3 Et Sardini. ms. pro, Sardij. g. habent, similis aspectu lapidi Iaspidi & Sardio.

CAP. 5.

3 Dixit mihi. ms. g. pro, dixit mihi.

IN LATINIS BIBLIIS.

9 Dignus es accipere. ms. g. pro, dignus es Domine accipere.

10 Regnabimus, vel, regnabunt super terram. ms. g. legunt, regnant. Compl. autem, regnabimus.

CAP. 6.

13 Et stellæ cali ceciderunt. ms. g. pro, & stellæ de calo ceciderunt.

CAP. 7.

1 Ne flaret ventus super terram. ms. g. pro, ne flarent super terram.

3 Nolite nocere terræ, neque mari. ms. g. pro, terræ & mari.

CAP. 8.

3 Ut daret orationibus sanctorum. ms. g. pro, ut daret de orationibus.

3 Antethronum. Et. ms. g. pro, ante thronum Dei. Et.

12 Et nox similiter. ms. g. pro, noctis.

13 Vocibus tubæ trium angelorum. ms. g. pro, vocibus trium angelorum.

CAP. 9.

5 Ut cruciarentur, mensibus. ms. pro, ut cruciarent, mensibus. g. habent, ut crucient.

CAP. 11.

15 In secula seculorum. Et. ms. g. pro, seculorum, Amen. Et.

CAP. 12.

2 In utero habens, clamat. ms. pro, clamabat. sicut g. tamen habent.

7 Et factum est prælum in cælo. ms. g. pro, prælum magnum in cælo.

CAP. 13.

3 Omnes qui inhabitant terram. ms. pro, inhabitabant. g. possunt utroque modo verti.

17 Nisi qui habet characterem. ms. pro, habeat. g. utroque modo possunt verti.

CAP. 17.

4 Plenum abominationum. ms. g. pro, abominatione.

6 Cum vidissem illam. ms. g. pro, viderem.

10 Vnus est, alius nondum venit. ms. g. pro, vnus est, & alius.

12 Vna hora accipiunt post. ms. g. pro, accipient.

CAP. 19.

11 Et in iustitia iudicat. ms. g. pro, & cum iustitia.

15 Procedit gladius acutus. ms. pro, gladius ex utraque parte acutus. sicut g. tamen habet.

20 In stagnum ignis ardens sulphure. ms. g. pro, ignis ardentis, & sulphuris. g. tamen præpositionem intericiunt, hoc modo: ardens in sulphure.

CAP. 20.

4 Nec acceperunt characterem in frontibus. ms. g. pro, characterem eius in frontibus.

CAP. 21.

15 Habebat mensuram arundinem auream. ms. g. pro, arundineam.

CAP. 22.

5 Quoniam Dominus Deus illuminat illos. ms. pro, illuminabit. sicut g. tamen habet.

7 Verba libri huius. ms. pro, verba prophetie libri huius. sicut g. tamen habent.

9 Verba libri huius. ms. g. pro, verba prophetie libri huius.

11 Qui iustus est, iustitiam faciat adhuc. ms. g. pro, qui iustus, iustificetur adhuc. g. tamen non habent est.

FINIS.



APPROBATIO.

H A S varias in Latinis Bibliis editionis vulgata lectiones ex manuscriptis collectas, & ad textum Hebraicum, Caldaicum, Gracum & Syriacum examinatas, cum summa sacra Scriptura studiosorum utilitate imprimendas, nos infra scripti Theologi censemus. Louanij, die 4. Februarij, 1572.

Augustinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.

LOCA QVÆDAM IN QVIBVS A LIBRARIIS ERROR
ALIQUIS COMMISSVS VIDERI POTERAT, QVEM TAMEN EX
MANVSRIPTIS DEPREHENDERE NEQVIVIMVS.

GENESIS 30.

versu 35. Cunctum autem gregem unicolorem, id est, albi & nigri velleris tradidit in manu filiorum suorum. Haftenus non vidi Ms. quæ aliter legerent: posset tamen dubitari an pro *unicolorem*, non sit legendum *bicolorem* aut *varicolorem*; cum omnes codices Hebraei & Caldei (quibus etiam Græci favere videntur) constanter legant: Omne in quo erat album (seu macula alba) & omne nigrum (seu nigram maculam habens) in pecudibus, & dedit in manu filiorum suorum. Ipsa quoque conventionis ratio videtur significare, quod maculosa pecudes essent in manu filiorum Laban; unicolores verò, id est, omnino albæ vel nigrae sine macula, essent in manu Iacob; quodque Iacob habiturus esset varias ex unicoloribus natas.

I. REGVM 14.

14. In media parte iugeris, *quam* par boum in die arare consuevit. anne potius legendum videtur, in media parte iugeris *quod* par boum in die arare consuevit, ut referatur relatiuum non ad partem, sed ad iugerum; nam par boum integrum iugerum arat vno die.

CAP. 20

6. Si *respicies* requisierit me pater tuus. anne fortè legendum, Si *requirens* requisierit me pater tuus; sicut legunt Hebræa, Caldæa, & Græca.

CAP. 23.

19. in colle Achilæ, quæ est. anne potius legendum cum Græcis, in colle Achilæ, qui, scilicet collis, est &c. Idem cap. 26. v. 1. econtrario 2. Regum 6. v. 3. videtur positum, qui erat in Gabaa, pro, quæ (scilicet domus) erat in Gabaa.

ESTHER.

CAP. 8.

15. Hyacinthinis videlicet & *aerinis*. fortasse scriptum fuit olim, & *aeris*, id est, ætherei coloris: nam מןִּיִּי candorem seu album colorem significat.

SAPIENTIÆ.

CAP. I.

v. 6. non liberabit *maledictum* à labiis suis. posset videri olim lectum fuisse, non liberabit *maledicum* à labiis suis, cum Græci habeant βλάσφημον blasphemum. D. Hentenius in margine Bibliorum Louanii primùm editorum notauit vnum exemplar sic legere. Cæterum cum ex omnibus exemplaribus M. s. quæ habebamus, nullum esset quod legeret *maledicum*, non ausi fuimus inter manuscriptorum varias lectiones collocare.

CAP. 8.

v. 17. immortalis est in cogitatione sapientia. multa Ms. legunt, immortalitas est in cogitatione sapientiæ: quod propiùs accedit ad Græcum textum, ex quo tamen videri possit scriptum *cogitatione* pro *cognitione*, cum Græcis sit σὺν σέβει.

CAP. 19.

v. 13. per vim *fluminum*. ex Græco videri posset scribendum *fulminum*, pro fluminum, τῶν κεραυνῶν.

IESAIAS.

CAP. 40.

v. 2. completa est malitia eius. Sic quidem Ms. sed inquirat diligens lector an non fuerit olim lectum, completa est militia eius: cum Heb. sit מלחמה. ex commentariis D. Hieronymi difficile est iudicare vtrum ipse legerit.

v. 9. ascende tu *qui* euangelizas Sion. Heb. מְבַשֵּׂרָתָא fem. gen. euangelizans Sion. legit quoque Hieron. tu *quæ* euangelizas Sion, & asserit in commentariis sic omnes interpretes vertisse.

IEREMIAS.

CAP. 36.

v. 13. *legentem* Baruch ex volumine. anne sit potius scribendum, *legente* Baruch ex volumine, ut sit ablatiuus absolutè positus: nam G. habent ἀναγιγνώσκοντος τὸ βιβλίον; Heb. בִּקְרָא in legendo, seu cum legeret Baruch.

Biblioteka Śląska

225255

IV

Kzg 1 2857/67 100 000

